res attrahunt: diuinitatis noticiaz
nostris cordibus infundunt. Ne=
quaq̄ quippe ad nos deus descen=
det si predicatores eius in contem
plationis rigore inflexibiles per=
manerent. Si enim ea nobis p̄di=
care vellent: que capiunt cum su=
perna contemplatione debriantur
et non magis scientiam suam quo=
dam moderamine ⁊ sobrietate tē=
perarent: adhuc angusto intelli=
gentie sinu. illa superni fontis flu=
enta: quis caperet? Incuruātur er
go celi vt descendat dominus: et
nos in noua fidei luce nascamur.

C Elorum quoqz nomine
perfectorum mentes de
signantur. Unde Heliu
beato Job cum irrisio

ne dicit. Tu forsitan cū eo fabricat⁹ es celos. Qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Possunt nanq3 per celos electorum mētes exprimi a cunctis contagiis intimo amore suspense. qui q̄uis corpore degant in infimis tamen iam corde inherent summis et veraciter dicunt nostra conuersatio in celis ē. Qui solidissimi vt ere fusi sunt? quia ab integritate cepte fortitudinis. nulla mutabilitatis rubigine consumitur.

¶ In scriptura sacra firmamēti noīe aliqñ redēptor nr̄. aliquando confirmatio angelice nature post ruinā malorum designatur.

¶ Capitulum. iiij. De Firmamento.



Irmamēti nomine: redēptor noster designatur sicut per ezechielem dr̄. Et si militudo sicut per caput animaliū firmamenti quasi aspectus cristalli horribilis extenti super capita eorum de super. Quid enim per firmamentū nisi perfiguram noster redemptor intelligitur verus deus super omnia: et factus inter omnia homo p̄fectus: in quo nostra naturā apud patrem confirmata est? de quo et p̄ Psalmistam prophetando dicitur Fiat manus tua super. v. d. c. et super filiū ho. q. c. tibi. Humana eteni natura priusq̄ a creatore omniū susciperetur terra erat. nā firmamētū non erat. Peccatori q̄ppe homini (Psal. lxxix.)

dictum est. Terra es: ⁊ i terram ibis Ac postq̄ assumpta est ab auctore omnium. atq3 in celis sublevata: et super angelos ducta? firmamētum facta est. que terra fuit. S3 firmamentum q̄ aspicitur cuius hāc similitudinem subinfertur cum dicitur. Quasi aspectus cristalli horribilis Cristallū ex aqua congelescit: et robustum fit. Scim⁹ vero quanta sit aque mobilitas. Corpus autem redemptoris nostri: quia vsq3 ad mortem passionibus subiacuit aque simile iuxta aliquid fuit: quia nascendo crescendo lacessendo esuriendo sitiendo/moriendo vsq3 ad passionem suam per momenta temporum mobiliter decurrit. Cui⁹ cursum propheta intuens ait. Exultauit/vt gygas ad currendam viā ⁊c. Sed quia per resurrectiōis sue gloriam. ex ipsa sua corruptione. in incorruptionis virtute conualuit: quasi cristalli more ex aqua duruit: vt i illo et hec eadem natura esset: et ipsa iam que fuerat corruptionis mutabilitas non esset. Aqua igitur in cristallum versa est: quando corruptionis etiā īfirmitas per resurrectionē suā ad īcorruptiōis est: firmitatem mutata. (Ps. xviij)

¶ Capitulum quintum. De Sole.

¶ In scriptura sacra cum figurate sol ponitur. aliquādo dominus intelligitur. aliquādo persecutio. aliquando de re qualibet manifeste visionis ostensio. aliquando intelligentia sapientium. aliquando fulgor boni operis vel feruor amoris dei. aliquando lumē veritatis. aliquando predicatorum claritas. aliquando tentationis ardor.



olis no mie do minus signat sicut per prophetam dicitur Eleuatus est sol et luna stetit in ordine suo. Eleuato.n.sole in ordine suo luna statuitur: quia ascēdēte ad celos dño sctā ptinus ecclesia in predicatiōis auctoritate roboratur.

Rursum solis nomine. persecutio intelligit sicut in euāgelio veritas dicit quod nata sine radicibus semina orto sole aruerunt. Quia videlicet verba vite in corde terrenorum hoim temporali monito virentia supueniēte persecutionis ardore: siccant. Luce. viij.

Solis noie manifeste visionis ostēsio designat. sicut ppheta dñs cūctorum oculis apparētes/ denūciat dicens. In sole posuit tabernā.suū. Ac si diceret humanitatis assumpte sacramentum in lumine manifeste visionis ostendit. Et sicut eidē pphete p Nathā dr. Tu fecisti in abscondito. ego vero faciam verbum istud in cōspectu oīs israel et in conspectu solis. Quid.n.p cōspectū solis nisi cognitionē insinuat manifeste visionis? Iterū solis nomine sapientiū intellectus exprimitur: sicut in Apocalip. scriptum est Quartus angelus effudit fialam suā in sole: et datum est illi estu afficere homines et igni. fialam videlicet in sole effundere est: persecutiōis supplicia viris sapere splendore fulgētibus irrogare. Et datum est illi vt afficeret homines estu et igni quia dum sapientes viri cruciatibus victi male agendi errore tangūtur/ illorū exemplo persuasi infirmi quia temporalibus desiderijs inardescunt ruine nanque fortium argumēta prestant perditionibus infirmorum. Psal. xviij

Rursus solis nomine claritas boni operis designatur sicut per beatum Job dicitur. Diuidi solem cū fulgeret. Sol quippe in fulgore est bonum opus in manifestatione. Scriptum quippe est. Luceat lux vestra co.ho.vt vi.opera ve.bona. et glo.pa.ve.qui in celis est. Et rursum. Sint lumbi vestri precincti: et lu.ardētes. Quod em̄ hoc loco fulgenti sole: hoc in euāgelio lucerna ardens designatur. Bonum nanque opus cum in medio perfidorum lucet. lucerna ardet in nocte: cum vero in ecclesia resplendet/ sol fulget in die. Bonum opus si adhuc tale est quod soli mali mirētur? lucerna videlicet in nocte est: si autem ita proficit vt mirari a bonis ac perfectioribus possit nimirum sol est in die. Bonum opus cum per actiuam vitam corporis lucet: quasi lucerne more lumen ex testa resplendet. Cum vero per solam virtutem mētis in contēplatione attollitur quasi more solis de celo veniens luxvidetur. Si vidi solē.c.fi. Ac si aperte diceret. Opus meum et cum alijs exemplorum lucem tribueret/ ad presumptionis gloriam non accēdi: quia dum eo extolli timui: ab intuendo eo oculos auerti. Job xxxi. mat.v lu.xij

Solis nomine lumen veritatis accipit sic: sapientie libro perhibetur. quod impij in extremo die iudicij cognita sua damnatione dicturi sunt. Errauimus a via veritatis: et lumē iusticie nō luxit nobis et sol non ortus est nobis. Ac si aperte dicat. Interni nobis luminis radius non refulsit. Unde et Psalmista de malignis spiritibus loquens subdit dicens. Ortus est sol: et congregati sunt et ī cubilibus suis etc. Quia videlicet veritatis lumine/ p Sa.v ps.ciij

carnem apparēte a fidelium ment i-
bus demones excursi: quasi ad cu-
bilia sua sunt reuersi. dum sola infi
delium corda tenuerunt.

R Ursus solis nomīe: p̄-
dicatorum claritas de
signatur. sicut per bea
tum Job dicitur. Qui
iob. ix. precipit soli ⁊ non oritur. et stellas
claudit quasi sub signaculo. Quid
enim solis nomine: nisi claritas pre
Apoc. vi. dicatorum accipitur. Unde et per
Johannem dicitur. Factus est sol
vt saccus cilicinus. in extremo quip
pe capitur sol quasi cilicinus sac-
cus ostenditur: quia fulgens vita p̄-
dicantium ante reproborum ocu-
los aspera et despecta monstratur
Qui stellarum quoq₃ claritate fi-
gurantur: quia cum recta peccato-
ribus predicant: tenebras nostre
noctis illustrant. Unde et subtra-
Hier. iiij. ctis predicatoribus per prophetaʒ
dicitur. Prohibite sunt stelle plu
uiarum. Quia vero sol per diem
fulget: et stelle obscuritateʒ noctis
irradiāt: et plerumq₃ in sacro elo-
quio diei appellatione / eterna pa-
tria noctis auteʒ nomīe presens vi
ta signatur: predicatores sancti vt
sol nostris oculis fiunt: cum conce-
ptionē nobis vere lucis aperiunt: ⁊
velut stelle in tenebris lucent. cum
per actiuam vitam pro futuris no-
stris necessitatibus terrena dispo-
nuntur: quasi in die vt sol coruscant
cum ad cōtemplandam interne cla
ritatis patriaʒ mentis nostre acieʒ
subleuant. Et quasi stelle in nocte
resplendent q: et cū terrena agunt
offensurum iamiamq₃ nostri ope-
ris pedem exemplo sue rectitudi-
nis dirigunt. Sed quia expulsis
predicatoribus non fuit qui plebi
iudaice in perfidie sue nocte rema-
nenti resplenderet vl' claritatē con-
ceptionis ostenderet. vel actiue et
lumen aperiret. Ueritas quippe
que hanc repulsā deseruit subtra-
cto predicationis lumine: merito
sue prauitatis excecauit recte dicit-
tur. Qui precip̄ solis et non oritur
et stellas claudit quasi sub signacu-
lo. Dari quippe ei solem noluit. a-
qua predicantium animuʒ diuertit
Et quasi sub signaculo stellas clau-
dit: quia dum predicatores suos p
silentium intra semetipsos retinuit
cecis iniquorum sensibus celeste lu
men abscondit.

S Olis nomine tentatio-
nis ardor designatur: si- Deut. xxiij.
cut per Moysen dicitur.
Si fuerit in vos homo
qui nocturno pollutus sit somno
egredietur extra castra. et non re-
uertetur priusq̄ ad vesperam laue-
tur aqua: et post solis occasum re-
gredietur in castra. Nocturnum q̄p
pe somnium est tentatio occulta. cū
tenebrosa cogitatione tempore ali
quid corde percipitur. qđ tamē cor
dis vel corporis opere non exple-
tur. Sed sumnio nocturno pollu-
tus egredi extra castra precipitur:
quia videlicet dignum est: vt qui ī
munda cogitatione polluitur: in-
dignum se cunctorum fidelium so-
cietatibus arbitretur culpe sue me
ritum ante oculos ponat et ex bo-
norū se estimatione despiciat. Pol
luto ergo extra castra exire ē tēpo-
ri impugnatione laboranti sese ex
continentium comparatione despi
cere. Qui ad vesperam lauatur a-
qua cum defectum suum conspici-
ens ad penitentie lamenta conuer-
titur: vt fletibus abluat omne qđ in
animo occulta inquinatio accusat.
Sed post occasuʒ solis ad castra re
deat / quia de ferueſcente tentatio-
nis ardore necesse est vt iterū fidu-
ciam erga bonorū societatē sumat
Post aque quippe lauationem oc
cumbēte sole ad castra reuertitur
qui post penitentie lamenta frige-
scente flamma cogitationis illicite
ad fidelium merita presumenda re

paratur vt iam se a ceteris longe esse non estimet: qui mundum se p obitum intimi ardoris gaudet.

Cap.vi. De luna.

In scriptura sacra lune nomie aliquãdo sctã ecclesia aliquando fama boni operis aliquando stultorum mobilitas aliquando mirabilitas tẽporalitatis designat.



une nomie sãcta ecclesia exprĩmit sicut p beatuz Job dicitur. Eleuatus est sol: et luna stetit in ordine suo. Eleuato em̃ sole in ordine suo luna statuitur: qr ascendente ad celos domino sancta ptinus ecclesia in predicationis auctoritate roboratur. Psalmista quoqȝ sanctã ecclesiam conspiciens ĩ perpetua perfectione mansurã sub appellatione lune descripsit dicens. Luna perfe-

psalm. lxxxviij cta in eternum. Quã qr ad resurrectionis spem dominica resurrectio roborat: recte subiungitur. Testis in celo fidelis.

Rursum lune nomine fama boni operis intelligit. sicut

Job.iij per beatum Job dicitur. Si vidi solẽ cum fulgeret ꝛ lunã incedẽtẽ clare. Per solem quippe fulgentẽ fulgor boni operis: per lunã vero opinio bone operationis intelligit. Post premissum ergo solem apte quoqȝ incedentẽ clare lunam subdidit. Quia videlicet post opus: fama laudabilis sequitur per quã celebre nomen in hac presentis vite nocte possidetur. Si enim verum est ꝙ quidam putãt lunam illustrationem per occultum circulũ a radio solis accipere / vt possit lucem nocturnis cursibus exhibere ab huius significatiõis ordine hec quoqȝ suspitio non abhorret. Fama qppe a bono opere vires accipere ꝛ fauoris gratiam quasi claritatem luminis aspergit. Est aliud in luna qd per similitudinem bonam spargenti fame conueniat. Lux namqȝ eius et in tenebrarum tempore iter ambulantibus ostẽdit. Quia ꝛ dum de aliena vita lux que illius opinione clara cognoscitur ostenditur: huic quasi pergenti in itinere exẽpli lumẽ pbetur. Sed nõnunꝙ opus qd ab aliena opinione sumit minus mundo desiderio in animo formatur. Nã infirme mentes est cũ bona de aliis audiunt. aliqñ se ad operationẽ rectã nõ amore virtutis sed dilectione laudis accẽdit. Et pfecto liquet: qr sicut natura solis est. vt queqȝ attigerit accendat ꝛ siccet: ita lunaris ignis est ppriũ vt qcqd contigerit exurat quidẽ: sȝ exurẽdo humidum reddat. Ad vitam igitur bonã. alios per amorẽ dicitur affectus recti operis: alios vero amor laudis inflammat. Sed cũ recti operis affectu accendimur quasi per ignẽ solis a viciorum humore siccamur. Cũ vero qd ad op9 bonum laudibus amor puocat cõcupita fama quasi luna attingit: qr videlicet eius animũ et accendit et resoluit. Accendit scȝ ad exercitiũ operis: resoluit vero ad cõcupiscentiã fauoris. Plerũqȝ tamẽ ad exercenda bona opera aliena nos vtilitas atqȝ exempla persuadent. Et cũ mẽte hũili opiniõis aliene bona suscipimus nostra: vel ad meli9 bona perducimus vł ad bonũ mala pmutamus. Cunqȝ nos de vita primi fame splendor irradiat / mẽs nostra vt pdiximus que ad optinẽdũ virtutis iter se dirigit: quasi in lune lumen gressus ponit. Sed sicut

ex aliena opinione, psciamus: sic plerumq; sic laudibus fame nostre incēdimus a virtute vacuamur: quia dum delectatur anim⁹ in hoc q de se extrinsecus haberi considerat illud obliuiscitur ad qd incursus anhelabat. Sed quia scdm virū nec fama laudabilis extulit: clare incēdētē luna minime accendit.

Lune nomie stultorum inconstantia designatur sicut per salomonem dr sapiēs: vt sol permanet: stult⁹ vt luna mutatur.

Iterum lune nomine mutabilitas temporalitatis designat. sicut Johannes in apocalipsi ait. Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius. In sole em illustratio veritatis in luna autē que instruis supplentionibus deficit mutabilitas temporalitatis accipitur. sancta autez ecclesia. qz sēper in luminis splēdore ptegitur: quasi sole vestit. Qui vero cūcta temporalia despicit: lunam sub pedibus premit.

Capitulum. vij. De stellis

In scriptura sacra cum stella singulari numero ponitur xps itelligitur. Cum vero plurali numero ponitur. aliquando specialiter. i. pro philosophia antiq vel apostoli scti pdicatores: aliquando quorūlibet sāctorū iustitia que in hui⁹ vite tenebris lucet. aliquando vero ypocritarū fictio demonstratur: q bona que faciūt ad percipiendas laudes hominibus ostendūt.



Stelle nomie xps designat: iohāne attestāte a q stella splendida τ matutina vocatur viuus namq; apparēs post mortē matutina nobis stella fact⁹ est: qz dum in semetipso exēplū nobis resurrectionis prebuit: que lux sequatur indicauit.

Stellarū quoq; nomine vel pphete vel apostoli designātur sicut in libro beati Job de dño dicitur. Qui aufert stellas pluuie τ effundit imbres ad instar gurgitum. Job xxxvi. Duo quippe in hac vita sunt genera iustorū: vnum videlicet bene viuentium: sed nulla docentium. Aliud vero recte viuentium τ eadem recta docentium: sicut τ in celi facie alie stelle prodeunt: quas nulle pluuie subsequuntur: alie pdeunt que arētem terrā magnis imbribus infundunt. Igitur quotiēs in sancta ecclesia recte quidā viuunt: sed tamen predicare eandem rectitudinem nesciunt stelle quidē sunt: sed inscitate aeris nate qz per exemplū bene viuendi lucē ceteris prebent sed predicationis verbuz pluere nesciunt. Cum vero in ea quidam et recte viuūt τ eādē rectitudinē verbis predicationis influunt quasi ad proferendas pluuias in celum stelle pducuntur qui sic vite sue meritis luceant: vt in predicationis sermōe pluāt. An nō in hoc celo astrū pluuie moyses excitauit q dū de supernis emicuit corda peccantium quasi arētē inferius terrā sancte exortatiōis pluuia ad dubietatē germinis infundit. An nō ysayas astrū pluuie ostensus est: qui in eo q lucem veritatis preuidēs tenuit: siccitatem infideliū prophetando annūcians irrigauit. An nō hieremias τ prophete ceteri velut in celo positi astra pluuie fuerunt: qui in predicatiōis culmine erecti dū prauitatē peccantium libere increpare ausi sunt: quasi verborum guttas obsecrationis humane puluerē rigādo precesserunt. Quorū videlicet animas ab hac corruptibili carne susce

ptas: quia ex presenti vita superna iudicia aufert: quasi a celi facie. stelle pluuie subtrahūtur: et ad occultum astra redeunt: dū peractis suis cursib⁹. sanctorum aīe ī thesauris dispositionis intime recondūtur. Sz qz terra aresceret si subductis stellis pluuie superna funditur fluenta cessarent: recte dicitur. Qui aufert stellas pluuie: et effundit imbrē ad instar gurgitum. Nam cur prophetas abstulit eorum vite domin⁹ apostolos misit q̄ ī similitudīe gurgitū p luerent. postq̄ subductis āntiquis patribus. exteriora legis predicamēta tacuissent. Stellas ergo pluuie abscondit: et ad instar gurgitūz imbres fudit: qz dū predicatores legis ad secreta et intima retulit. per dicta sequentium vberiores predicationes emanauit.

Ursum stellarum nomine: quorūlibet bene viuentium anime designātur: sicut in libro beati Job scriptum est. Ecce luna non splēdet: et stelle non sunt munde in conspectu eius. Quid enim per lunam nisi cuncta simul ecclesia. quid per stellas nisi singulorum beneviuentium anime designatur. qui inter prauorum hominum conuersationes dum magnis virtutibus eminent: quasi in tenebris noctis lucent. Unde per Paulum quoqz discipulis dicitur. Inter quos lucetis tanq̄ luminaria in mundo: et iterū Stella enim ab stella differt in claritate. Luna ergo non splendet: et stelle nō sunt mūde ī ɔspectu ei⁹. qz nec sancta ecclesia virtute ꝓpria tot miraculis emicat: nisi hāc preueniētis gratie dona perfundant: nec singulorum bene viuentium mentes a pctōrum miraculis munde sunt si remota pietate iudicentur qz apud districti iudicis oculos sua vnūq̄qz corruptibilitas inqnat: nisi hec quotidie gratia parentis regat.

Tem stellarum nomine ypocritaruz fictio designatur: sicut p Johannem de dyabolo dicitur Misit draco caudā: et traxit tertiā partem stellarum celi: et misit eas in terra. Celum quippe est ecclesia que in hac nocte vite presentis dum in se innumeras sāctorum virtutes continet radiantibus desuper syderibus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas deijcit: quia illa sathane extremitas per audaciā assūpti hominis erecta. quosdam quos velut electos dei in ecclesia inuenit obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaqz de celo in terram radere est: relicta nonnullos spe celestium illo duce ad ābitū glorie secularis inhiare Hic Daniel sub āthiochi specie de hac draconis cauda loquitur dicens. Deiecit de fortitudine ꝛ de stellis: et conculcauit eas De fortitudine quippe: et de stellis deijcit: cum nonnullos: et virtute opis robustos et luce iusticie resplendentes frangit. Apoca. xij.

Cap. viij. De Lucifero.

In scriptura sacra luciferi nomine. aliquando vnigenitus dei vel sermo diuinus. aliquando iusti vita intelligitur.



Ucifera nomine vnigenitus dei designatur sicut beatum Job de ipsi⁹ incarnatione requirit dicens. Nunquid produces luciferum in tpe suo: et vesperum super filios terre consurgere facies? Quid enim luciferum intelligimus nisi vnigenitum dī. Pa

ter quippe in suo tēpore luciferum
ꝓduxit: quia sicut scriptū ē: cum ve
nit plenitudo tꝑis: misit deus filiū
s. n. ex. v. f. s. v. e. qui sub le. erat red
di. Qui nat⁹ ex virgine velut luci=
fer: inter tenebras nostre noctis ap
paruit: qr fugata obscuritate pec=
cati eternum nobis mane nūciauit.
Luciferū se īnotuit: qr diluculo ex
morte surrexit: ⁊ fulgore sui lumis
mortalitatis nr̄e terrā caliginē tersit.

POtest autē luciferi nomie ser
mo diuinus designari. Unus
enī atqꝫ idē sermo dei est in ore p̄di
cātis: quē dū isti gaudēdo audiūt il
li vero vidēdo claritatē luciferi sibi
in vesperi tenebras vertunt. Dū isti
humiliter vocē sctē p̄dicationis ac=
cipiunt: quasi ad stelle lucē oculos
cordis aperiunt. Dum vero illi bn̄
dicenti inuidēt: et non salutis causā
sed elationis gloriā q̄runt: prorūpe
re iniquitatis sue vespere in somnū
mortis oculos claudunt: ꝑ occultū
ergo iudiciū is q̄ electo ē lucifer: re
probo auditori fit vesꝑ: quia exor=
tatione sancta q̄ boni ad vitam re=
dcūt praui deſius in culpa moriunt.
Unn̄ bn̄ ꝑ paulū dr̄ xp̄i bon⁹ odor su
mus deo: in hijs q̄ salui fiūt: ⁊ ī hijs
qui pereunt. Alijs q̄dē odor mor=
tis in mortē: alijs aūt odor vite ī vi
tā. Vbū itaqꝫ suū auditoribus eē luci
ferū sil' ⁊ vesperū vidit ꝑ q̄ et alios
ab iniquitate suscitare: ⁊ ꝯtra alios
sopiri in iniquitate conspexit.

ITerū luciferi nomine iustivi=
ta intelligit: sicut in libro bea
ti Job dr̄. Et cum te consumptum
putaueris: orieris vt lucifer. Et re=
cte lucifero iusti vita comparatur.
Solem quippe precurrens lucifer
nunciat. Et quid nobis sanctorū in
nocentia nisi sequētis iudicis clari=
tatem clamat. In eorū nāqꝫ āmira
tione conspicim⁹: quid de maiesta=
te veri luminis estimem⁹. Nec dum
redēptoris nostri patientiā videm⁹
sed tm̄ ītime illius in electorum suo
rū moribus āmiramur. Quia ergo
bonorum vita in cōsideratione sua
oculis nostris vim veritatis obijcit
quasi clarus ad nos lucifer an̄ solez
venit. Dicat ergo sophar tētato ho
mini: etiam q̄si desperanti dicat. Et
cū te consumptum putaueris. orie=
ris vt lucifer. Sepe nāqꝫ tot tenta=
menta nos obsident vt ipsa nos eo=
rum numerositas pene ad lapsum
desperationis inclinet. Un̄ plerūqꝫ
mēsī tediū vtutū vix ipa vtutis sue dā
na ꝯsiderat. et tota dolens q̄si iā ⁊ a
sensu doloris aliena frangitur: ⁊ nu
merare non valet q̄to cogitationū
tumultu vastatur. Ruiturā se ꝑ mo
mēta conspicit. eiqꝫ ne arma repu=
gnationis arripiat grauius meror ip
se contradicit. Circūductos quoli=
bet oculos obscuritas obsidet ⁊ cū
visū tenebre semꝑ impediāt: mens
tamē nil aliud q̄ tenebras videt: sꝫ
apud misericordē iudicez sepe hec
ipsa q̄ annisū quoqꝫ oratiōis aggra
uat: pro nobis subtilius iusticia ex=
orat. Nam meroris nostri caligi=
nem conditor conspicit. et subtracti
luminis radios refundit: ita vt ere=
cta protinus per dona mens vigeat
q̄ paulo ante decertantia vicia sup=
bie calcē deprimebāt. Mox corpo=
ris pondus discutit: atqꝫ ad contem
plationis lumen post ꝑturbationis
sue tenebras erūpit. Mox in gau=
dio profect⁹ attollitur: ⁊ q̄ prius in
ter tentamenta cadere ex desꝑatio
ne cogebatur sine cogitatiōis cer=
tamine presentia despicit: sine dubi
tatiōis obstaculo devētura retribu
tionē confidit. Justus ergo cum se
cōsūptū putauerit: vt lucifer oritur
quia mox vt tenebrescere tētationū
caligine cepit ad lucē grē reformat
et in se ipe mōstrat diē iusticie: qui
casurus paulo ante timuit noctem
culpe.

¶ In scriptura sacra ꝑ pliadū nomīe
scti oēs vel nouū testamītū designat.

¶ Cap. ix. De Pliadibus.



Liadū nomie sācti designāt Añ beatum iob dominus requirit dicēs. (Job. xxxviij.) Nūquid cōiungere valebis micātes stellas pliades. Pliades stelle apotu plistu .i .a pl'alitate vocate sunt. Ita autem vicine sibi et diuise sūt ꝯdite vt ꝛ sil' sint: ꝛ ꝺiūgi neq̄q̄ꝑ pñt q̄tinꝰ vicinitate q̄dā ꝯiūcte sint ſʒ tactu disiūcte Quid ḡ micātes ꝑlia des q̄ et septē sunt aliud q̄ꝑ sanctos oēs denūciāt: qui int' pñtis vite tenebris sp̄s septiformis gratie nos lumine illustrāt q̄ ab ipsa mundi origine: vsq; ad eius t'minū diuersis tēporibꝰ ad ꝓphetandū missi: ꝛ iuxta aliq̄d sibi coniūcti sūt: iuxta aliquid nō cōiūcti. Stelle em̄ pliades sicut supra dictū ē vicinitate sibi cōiuncte sunt: ꝛ tactu disiūcte. Simul quidē site sunt: ꝛ tñ lucis sue radios diuisim fundunt. Ita sancti homines alijs atq; alijs ad p̄dicandū tp̄ibꝰ apparētes: ꝛ disiuncti sūt ꝑuisionē sue imaginis: ꝛ cōiuncti per ītētionem mentis Sil' micantes: quia vnū p̄dicāt: ſʒ non semetipsos tangūt. qꝛ in diuersis temporibus partiunt' quaʒ diuersis tp̄ibꝰ Abel Isaias ꝛ Johānes apparuerūt. Diuisi q̄d fuerunt tp̄e: sed nō p̄dicatiōe. Nā abel redēptoris nr̄i passionē significās agnuʒ in sacrificio obtulit: de cuiꝰ passione Isayas ait. Sicut agnꝰ corā condē-
(Esa. liij.) te se obmutescet: et non a. os. s. De
quo Johēs quoq; ait. Ecce agnus
(ioh. i.) dei: ecce q̄ t. p. m. Ecce diuisis q̄d tp̄ibꝰ missi: et tñ cōcorditer de redēptoris nostri innocētia sentiētes eundē agnū iohēs ostēdendo Isayas p̄uidēdo Abel loq̄ndo locutus est. Et q̄ Johānes in oñsiōe q̄ꝑ Isayas ī locutione: hec Abel significādo in manibus tenuit. Quia vero quō pliades stelle de humanitate redemptoris sibi concinant diximꝰ: nūc quō in ostēdēda vnitate trinitatis concorditer luceāt demōstremꝰ. Diuersis quippe tp̄ibus huic mundo David Isayas: ꝛ Paulꝰ apparuit: ſʒ tamē nullꝰ eorū alteri diuersū sentit: qꝛ et si semetipsos nō nouerāt: facie vnuʒ tñ didicerant ex diuina cognitione David q̄ppe vt auctorē oīm dñi tri- (Psal. lxvi)
nitateʒ oñderet dixit. Bñdicat nos deus deꝰ nr̄. b. n. d. Ac ne tertio dñʒ nominās tres deos dixisse putaret' ilico vnitatem eiusdē trinitatis insinuās addidit. Et metuāt eū oēs fi. (Ibidē)
t. Qui ei nō eos ſʒ eū subdidit: vnū tria q̄ dixerat intimauit Isaias q̄q; cū laudē de vnitate trinitatis apiret seraphī voces exp̄mēs ait. Sctūs sā- (Esa. v)
ctꝰ sctūs. Ac ne t'tio dñm noīans vnitate diuie s'be scidē videret' adiūxit. dñs deꝰ sabaoth. Qꝛ ḡ nō dñʒ dij ſʒ dñs deꝰ addit vnū existē q̄ꝑ t'tio sctm̄ vocauerat īdicauit paulꝰ q̄ʒ vt opatione sctē trinitatis oñdēt ait. Ex ipso ꝑ ip̄ʒ ꝛ ī ip̄o sūt oīa. Atq; vt vnitate eiusd' trinitatis oñdēt ꝓtinꝰ addidit Ipi gl'ia ī sc'la sc'loꝝ am̄. Qui ḡ nō ipsis ſʒ ip̄i subdidit vnū naturalr tria vl' ꝑsonas īnotuit q̄ꝑ supertꝰ id- ip̄ʒ dixit. Quasi ꝛ vno loco pliades site sunt: qꝛ de deo cōcorditer sētiūt et tñ semetipas nō tāgūt: qꝛ sicut dictū ē per huiꝰ mūdi tp̄a diuersa partiūt'. Q̄d qꝛ soliꝰ diuine virtutis ē: et disiunctis tp̄ibꝰ missos ī fidei p̄dicatiōe cōiūgere ꝛ dissimilibꝰ virtutibꝰ p̄ditos fulgore ītētiōis vnire recte d'. Nūq̄d ꝯiūgē valeb' micātes stellas pliades. ac si dicat vt ego q̄ vnus oīa ipleo atq; ī vnitatis sēsu: electorū mētes iplēdo coniūgo.

Liadū q̄ʒ noīe pōt testamēti noui gr̄a designari: ipē q̄ppe stelle pliades: sicut et supꝰ diximꝰ septē sunt. Tāto ḡ testamēti noui

gratiam apertius indicant: q̄to cū=
cti liquido cernimus q per illud fi
deles suos spiritus sanctus septifor
mis muneris lumine illustrat. Re=
demptor autem noster in carne ve=
niens pliades iunxit: quia operatio
nes septiformis spiritus simul in se
et cunctas ꝛ manentes habuit. De
esa.xi quo per Isaiam dr̄. Egredietur vir
ga de radice iesse: et flos de radi=
ce eius ascendet. ꝛ. r. spūs dn̄i. s. s. ꝛ
i. s. e. et. t. spūs. s. et. p. et replebit. s.
timoris domini. De quo zacharias
ait. Super lapidem vnum septē o=
culi sunt. Atq; iterum Et in cande=
labro aureo lucerne septē. Nullꝰ ve
ro hominū operationes sancti spi
ritus simꝰ omnes habuit: nisi solus
mediator dei et hominum: cuiꝰ est
isdē spiritus: qui de patre ante secu
la procedit. Vn̄ ergo dicitur. Sup
lapidem vnū. vij. oculi sunt. Huic
zac.3. enī lapidi. vij. oculos habere est: si
mul omnem virtutē spiritus septi=
formis gratie in operatione retine
re. Alius nāq; prophetiā. alius sciē
tiam. alius virtutes. alius genera li
guarū. alius interp̄tationē sermo
num. iuxta distributionē sancti spi=
ritus accepit ad habenda vero cun
cta eiusdem spūs munera nemo p=
ptigit. At vero conditor noster in=
firma nostra suscipiens: q꞉ p diuini
tatis sue potentiam simul se habe=
re omnes sancti spiritus virtutes e=
docuit: micantes pliades procul=
dubio iungit. Audiat itaq; beatus
Job. Nunquid coniungere valebis
micantes supra pliades. Ac si aper
te diceret. Habere q̄lib; lumīa: q̄=
rundam virtutum potes: sed nun=
quid exercere simul omnes opera=
tiōes sancti spiritus sufficis. Me er
go coniugētē pliades in cunctis vir
tutibus contemplare: ꝛ tu de pau=
cis ab elatione compescere

¶ Cap. x. De Arcturo.

¶ In scriptura sacra arcturi no
mine aliquando tota simul eccle
sia aliquando vetꝰ lex designatur
ARcturi nomine tota si
mul ecclesia intelligit̄.
Vn̄ beatum Job dn̄s i Job xxxviij
terrogat dicēs. Nūqd
cōiūgē valebis micātes stellas plia
des: aut gyrum arcturi poteris dissi
pare. Arcturus quippe ita noctur=
na tempora illustrat: vt in celi axe
positus per diuersa se verat. nec tn̄
occidat. Neq; enī extra currēs vol
uit: sed in loco situs in cunctis mū=
di partibus nequaq̄ casurus incli=
natur. In arcturo ergo qui p gyrū
suum nocturna spacia non occasurꝰ
illustrat. nequaq̄ particulatī edita
vita sanctorum: sed tota simul eccle
sia designatur: q̄ fatigationes q̄lib;
patitur: nec tamen ad defectum p=
prij status inclinatur. Girum labo=
rum tollerat: sed tamen ad occasū
cur temporibus non festinat. Neq;
enī ad ima poli arcturus est noctur
no tēpore ducitur: sed dum ipse vol
uitur nox finitur: quia nimirum dū
sancta ecclesia in numeris tribula=
tionibus quatitur: p̄sentis vite vm
bra terminatur. Eaq; stante nox p̄=
terit: quia illa in sua īcolumitate p
durante mortalitatis huius vita p=
currit. Est autem in arcturo q con=
siderantius possumus intueri. In
septem quippe stellis voluitur: et
modo q̄lib; tres ad sūma eleuat at
q; ad ima quattuor inclinat: modo
quattuor superius erigit: et tres in
ferius p̄mit. Sancta quoq; ecclesia
cur modo ī fidelibus trinitatis noti
ciam modo fideliter virtutes quat
tuor. s. prudentiā fortitudinē. tem=
perantiam. iusticiam p̄dicat: quasi
rotatu predicationis statꝰ sui spēm
quodāmodo immutat. Nam cum
quibusdam de operibus suis glo=
riantibus confidentiam pprij labo
ris euacuat: et fidem trinitatis ex=
altat: quid aliud facit: nisi tres stel=
las arcturus eleuat: quattuor incli=
nat. Et dum quosdam bona opera

nō hn̄tes de sola fide p̄sumere ꝓhibet sed opari eniri⁹ q̄ p̄cepta sunt iubet: qđ aliud arctur⁹ fac̄ nisi quattuor stellas erigit: tres deponit: videamus quō tres eleuet. quattuor deponat. Ecce ꝑ paulū contra fidē de ope supbientibus dic̄. Si abrahā ex opibus iustificatus est: hꝫ gl'iaꝫ sed nō apud dn̄m. Quid enī scripta dicit. Credidit Abrahā deo: et reputatū ē illi ad iusticiaꝫ. Videamus quomodo quattuor eleuet: tres deponat. Ecce ꝑ Jacobū de fide contra opa supbientib⁹ dic̄. Sicut corpus sine spū emortuum est: ita ꝛ fides sine operib⁹ mortua ē. Arctur⁹ itaqꝫ voluitur: quia sc̄tā eccl'ia iuxta auditorum suorum mētes in diuerso latere p̄dicationis arte vsat. Arcturus voluit: quia sancta ecclesia ī noctis hui⁹ tribulationib⁹ rotat. Sꝫ hūc arcturi gyrū: qn̄qꝫ dn̄s dissipat: qꝛ labores eccl'ie ad requiē ꝑmutat. Tūc ꝛ pliades plenius iugit: cuꝫ gyrū arcturi destruit: qꝛ tūc nimirū sancti oēs: ēt sibi visionis sp̄ē copulātur: qn̄ in fine mūdi sc̄tā ecclesia ab his quos nūc sustinet laborib⁹ soluit. Dicat ergo. Nunqđ cōiūgere valebis. m. s. pli. aut gyrū arcturi poteris dissipare. Subaudis vt ego qui tūc sc̄toꝝ vitā ēt ꝑ sp̄ēm vnio cū gyrū vniuersalis eccl'ie corpalit' soluo Et qs hoīꝫ: solius diuine hoc eē virtutis ignorat. Sꝫ vt cognoscat hō qđ ipē sit: mēoretur assidue quid solus dominus possit.

Gal. ij. (margin)
Ro. iiij (margin)
Jac. ij. (margin)

Potest quoqꝫ arcturi nomīe vet⁹ lex ītelligi. Arctur⁹ qppe ex ꝑte aq̄lonis surgit. Quāq̄ autē se ꝑ gyꝝ arctur⁹ vterit: pliades ostēdit. Et cū lux diei iā vicia effici't stellaꝝ ei⁹ ordo distēdit. Nō imerito ꝙ ꝑ arcturū: q̄ a plaga frigoris surgit lex designat. Quasi enī ab aq̄lone lex venerat q̄ tāta subditos rigiditatis asp̄itate frebat. Nā cū ꝓ culpis suis. alios p̄cipet lapidib⁹ obrui. alios gladij morte mactari plaga torp̄ēs: ꝛ velut a sole caritatis aliena p̄ceptoꝝ suoꝝ plus p̄mebat ex frigore: q̄ ex calore nutriebat. Nec mire ꝙ per arcturi septem stellas testamētū vet⁹ exp̄mit': qꝛ ꝛ in veneratione legis dies septimus extitit ꝛ per hebdomadā integrā cōstituti sacrificij vota tendebant'. Quaq̄ autē se arctur⁹ vertit pliades que testamētū nouū significāt ostēdit: qꝛ per oē ꝙ testamētū vet⁹ loq̄t'. testamēti noui opa nūciant'. Sub textu ei l'r̄e tegit misteriū ꝓphie: ꝛ q̄si inclinat se arctur⁹ ꝛ demonstrat: qꝛ dū ad sp̄ālē ītellectū flectit' significata ꝑ illud lux gr̄e septiformis ap̄it'. Et appropinq̄nte diei luce stellaꝝ ei⁹ ordo diffudit': qꝛ postq̄ ꝑ semetipsā nobis veritas īnotuit ab obsequijs carnalibus l'r̄e p̄cepta laxauit.

Cap. XI. De. Aere

In scriptura sacra aeris noīe: secularium mentiū mobilitas designat' sicut ab heliu dicitur.



Subito cogit aer in nubes aer q̄ ppe ipsa sua tenuitate asp̄gitur. vt nulla firmitate solidet'. Nubes aūt tanto firmior es sunt q̄to densiores. Quid ꝙ ꝑ aerē nisi mētes sc'arū designātur q̄ innumeris hui⁹ vite desiderijs dedite: huc illucqꝫ more aeris fluide disꝑgunt'. Sꝫ aer ī nubes cogit': cuꝫ fluxe mētes superni respectus gr̄a vtutis solidate roborant'. vt ī intra sinū cordis recta sentiēdo se colligāt: ꝛ in vanis cogitatiōibus non liquescant

Job xxxvij. (margin)

Cap. xij. De Nubibus.

In scriptura sacra nubiū nomīe

aliqñ hũanitas xp̄i designat. aliqñ
caligo ignorãtie. aliqñ scti pphete
aliquando sancti apostoli: aliquan-
do quilibet doctores sancti. aliquã
do qlibz iusti. aliquando mobiles
quiqꝫ. aliqñ soliditas mẽtiũ. aliqñ
tpalia bona. aliqñ cor superbum.

Nubis noĩe. caro redemptoris
accipit: sicut p psalmistã de ip
Ps̃. ci so dr̃. Qui ponis nubẽ ascensũ suuz
Nubẽ qppe ascẽsũ suũ dñs posuit:
quia his q̃ diuinitate vbiqꝫ ẽ: carne
ad celestia ascendit.

Eze. i. Nubis noĩe caligo ignorantie
designat. vnde ppheta Eze-
chiel iudeoꝝ crudelitatẽ ꝯtra dñm
ꝓspiciẽs. ait. Et vidi et ecce ventus
turbinis veniebat ab aqlone: et nu-
bes mag̃. Quid ei aqlonis noĩe ni
si diabolꝰ ĩtelligit. ꝛ q̃d vẽtꝰ turbĩs
nisi ipsiꝰ tẽtatio accipit. bñ aũt ma-
ligni spũs imissio: vẽtꝰ turbinis ap-
pellat. Turbo qppe edificiũ qd tan-
git cõcutiẽdo subruit. Et oĩs antiq̃
hostis tẽtatio q̃ agit in mẽte: ventꝰ
est turbinis: qꝛ hãc cõcutiẽdo p de-
sideria: ab statu sue rectitudĩs euel
lit. Vẽtꝰ g̃ turbinis ab aqlone venit
cũ vitã iudaici ppl̃i malignꝰ spũs in
tẽtatiõe cõcussit. Vñ ꝛ recte addit: et
nubes magna. Quia q̃to plusq̃sqꝫ
exarsit ĩ credulitate: tãto ampliꝰ ob
secari meruit: ignorãtie sue caligĩe.
Redẽptorẽ qppe hũani gñis. q̃ ĩ le
ge ac pphis ĩtelligẽtes expectaue-
rãt vidẽtes negabãt. Vñ actũ est. vt
eoꝝ mẽs magna ignorãtie sue nube
tegeret: ne hunc post ĩq̃rẽtes agno
scerẽt quẽ pꝰ ꝛ denũciare poterãt
et amare renuebant. Nã cũ mõ eiꝰ
ṽtutes ꝛ miracula mõ aũt passiões
aspicerẽt in infideliũ cordibꝰ nubes
magna ab aqlone venerat: qꝛ ex pec
cati sui frigore ppl̃ infirmitatẽ pas
sionis illiꝰ ꝛ int̃ signa caligabant.

Verũ nubiũ noĩe: scti pphe
designant: sic̃ p psalmistã dr̃
Tenebrosa aq̃ ĩ nubibꝰ aeris
id ẽ occulta est scia in pphis: qui aũ
aduẽtũ dñi dũ occultis sacramẽtis g̃
uidi misteria ĩmẽsa gestarẽt intuen
tiũ ocl̃is eoꝝ ĩtelligentia caligabat.

Iteꝝ nubiũ noĩe scti apl̃i
designant: sicut p Jsayaz
de ipis dñs dic̃. Mãda-
bo nubibꝰ ne pluãt super
eã imbrem.

Nubiũ noĩe p̃dicatores scti de
signãtur. sicut ab heliu dicit. Job
Frumentũ desiderat nubes. Quid xxxvij.
ei electi q̃qꝫ sunt: nisi frumẽta dei ce
lestibꝰ horreis recõdẽda. Sz frumẽ
tũ quousqꝫ ad ꝑfectionẽ fructuũ ve
niat: nubiũ pluuias expectat vt cre-
scat: quia bonoꝝ mẽs p̃dicantiũ ṽ-
bis ĩfundit: ne ab humore caritatis
desiderioꝝ carnaliũ sole siccet. Hoc
frumẽtũ supnꝰ agricola ĩ mũdo sur
gere ꝛ nubes desiderare cõspexerat
cũ dicebat. Messis q̃d ml̃ta oparij
autẽ pauci. Rogate aũt dñz messis
vt mittat oparios ĩ messem suam.
Qui igit hic frumẽtũ illic messis. q̃
vero hic nubes. illic oparij vocant.
Quia nimiꝝ p̃dicatores scti: et nu-
bes sũt ꝛ operarij. Nubes vez p do
ctrinã. oparij p vitã. Nubes: qꝛ ver
bis ĩfluũt: oparij qꝛ nõ desinũt age-
re q̃ loquũt. Vñ ꝛ subdit. Et nubes
spargũt lumẽ suũ. Nubes ei lumen
suũ spargere: ẽ p̃dicatores sctõs: exẽ
pla vite ꝛ loq̃ndo ꝛ agẽdo dilatare

Rursuz nubiũ noĩe: q̃libz iusti
designant. sic̃ p Jsayã dicitur
Qui sunt isti q̃ vt nubes volãt: ꝛ q̃si Esa. lx
colũbe ad fenestras suas. Justi nam
qꝫ vt nubes volare dicti sũt: qꝛ a tre
nis cõtagijs subleuant. Et q̃si colũ-
be ad fenestras sunt: p sẽsus corpis
exꝉiora q̃ qꝫ nõ respiciũt intẽtiõe ra-
pacitatis. eosqꝫ foras nõ rapit cõcu
piscẽtia carnalis.

Nubiũ noĩe: mobiles q̃qꝫ exp̃
mũt. sic̃ p salomonẽ dr̃. Qui Ec. xi.
obseruat vẽtũ: nõ seminat: ꝛ q̃ con-
siderat nubes: nũq̃ metet. Vẽti qp
pe noĩe malignꝰ spũs designat q̃ mẽtẽ
tẽtatiõibus ĩpellit. Nubiũ ṽo appel

latiōe peccātores exprimunt: quos totiens huc illucq; diabolus impellit et reuocat quotiēs tētatiōes eius in corū cordibus suggestionū flatibus alternant. Qui ergo obseruat vētū: non seminat: et qui con siderat nubes nūq; metet: qui s. qui ten tatiōes maligni spūs metuēs: et iniq rū lapsus cōspiciens semetipm despat neq; nūc exercet in boni semine ope ris neq; post reficit de munere iuste retributionis.

Job xxxvij. Nubium noīe: soliditas mentium accipitur: sicut p heliu dr. Subito aer cogitur in nubes. Aer quippe ipsa sua tenuitate aspergit. vt nulla firmitate solidetur. Nubes autem tanto firmiores sunt quāto dē siores. Quid ergo p aerem nisi mē tes secularium designantur. que in numeris huius vite desiderijs dedi te. huc illucq; more aeris fluide di= sperguntur. Quid per nubes nisi mentis soliditas intelligitur. Aer aūt in nubes cogitur: cū fluxe mē= tes: per supni respectus gratiam vir tutis soliditate roborātur: vt intra signū cordis recta sentiendo se col= ligant: et i vanis cogitationibus nō liquescant. Aer petrus fuerat: cum per terrena desideria sparsus eum quasi aura transiens pro vita carnis cura piscationis agitabat. Aer et omnes apostoli extiterant: qui iam per legem alta didicerāt: sed necdū per fidē firma sapiebant. Subito autem aer in nubes coactus est: qr per respectum superne gratie fluxa corda piscantium in soliditatem ver sa sunt predicatorum: vt eorum in= firme cogitationes fortia sentiendo densescerit: ac more nubiū aquas scientie caperent: et subteriacerent terram verbis predicationis irriga rent peracto ministerio: ad celi se= creta recurrerent atq; ad eternam requiem finito labore peruenirēt.

Nubium nomine: temporalia bona designantur. sicut per beatum Job dicitur. Velut nu= bes pertransijt salus mea. Nubes quippe in alto eminet: sed hanc ad cursum flatus impellit. Sic nimirū sic sunt tempalia iniquorum bona. Velut in alto quidem per honoris celsitudinem erigere videntur: sed ad cursum vite quotidie quasi qui= busdam mortalitatis sue flatibus: impelluntur. Salus ergo vt nubes transit: quia peruersorū gloria quo aperta est: fixa non est. job. 30

Nubium nomine. corda super borum designātur: sicut per beatum Job dicitur. Sicut consu= mitur nubes et pertransit: sic qui de scendit ad inferos nō ascendit. Nu= bes quippe ad altiora suspendit: sed densata a vento impellitur vt cur= rat: calore autē solis dissipatur vt euanescat. Sic nimirum corda sunt hominū: que per accepte rationis ingenium ad alta emigrant: im= pulsa autem maligni spiritus flatu. prauis desideriorum moribus huc illucq; pertrahuntur. Sed districto respectu superni iudicis: quasi solis calore liquefiūt: et semel locis pe= nalibus tradita ad operatiōis vsū vltra non redeunt. Vir igitur san= ctus: elationem: cursum defectum= q; humani generis exprimens dicat Sicut consumitur nubes: et ptran sit: sic qui descendit ad inferos non ascendet. Acsi aperte dicat. In al= tum currendo defecit: qui superbi= endo ad interitum tendit. Quem si semel culpa ad penam pertrahit: misericordia vlterius ad veniā nō reducit. job. 7.

Cap. XIII. De Ventis.

In scriptura sacra cum ventus singulari numero ponitur. aliquan do diabolus. aliquando tētatio dia boli. aliquando psperitas transito= ria. aliquando superbia. aliqñ res q libet transitoria. aliqñ concussio di

strictí iudicis designat. Cū v̄o p̄ſ alit
vēti dñr aīe sctōꝝ intelliguntur.



Enti nomine maligñ spūs desigñt: sicut de damnatione impíj per beatū Iob dr̄
iob. xxvij. Tollet eū ventus vrēs. Quis enim hoc loco vētus vrēs: nisi malignus spūs vocat̃ q̄ desideriorū flāmas in corde excitat vt ad eternitatē suppliciorū trahat: puersū q̄ dlibet ventus vrens tollere dr̄: q̄ insidiator malignꝰ spūs qͥ viuentē q̄q accendit ad vicia: morientē trahit ad tormēta. Ab huius vrentis venti adustiōe vniuscuiusq̄ electi mēs tēpat̃. qñ in ea viciorū feruor extinguit̃: et desideriorū carnaliū flāma frigescit. Vñ ꝛ sancta ecclīa in sponsi sui laudibꝰ leta clamat. Sub vmbra illiꝰ q̄ desiderabā sedi: impiū aūt tollit ventus vrēs quia vez malignꝰ spūs: eū q̄ nūc succēderit igne puerse cōcupiscētie: rapit postmodū ad flāmas gehēne.

Venti noīe: tentatio malignorū spirituū designat̃: sicut ad btm̄ Iob de filiorū eius morte dr̄ filíjs tuis ꝛ filiabꝰ vescentibꝰ: ꝛ bibētibꝰ vinū in domo frīs tui p̄mogeni
Iob. i. ti: repētevētus vehemēs irruit a regiōe deserti: ꝛ cōcussit quattuor angulos domꝰ. Qui corruens oppressit liberos tuos ꝛ mortui sunt. Regio deserti: īmūdorū ē spirituū multitudo derelicta: q̄ dū cōditoris sui btitudinē deseruit: q̄si manū cultoris amisit. ab hac aūt vētꝰ vehemēs venit: ꝛ domū subruit: q̄ ab immūdis spiritibꝰ fortis tētatio subripit: ꝛ a trāq̄llitatis sue statu ꝯstātiā euertit. In quattuor vero āgulis domꝰ subsistit: q̄ nimirū solidū mētis n̄re edificiū prudētia. tēperātia. fortitudo. iusticia. sustinet. In q̄ttuor āgulis domꝰ ꝯsistit: q̄ ī hĳs q̄ttuor v̄tutibꝰ tota boni opis structura cōsurgit. Vñ ꝛ q̄ttuor padisi fluīa t̃rā irrigāt: q̄ dū hĳs q̄ttuor v̄tutibꝰ cor infundit̃ ab oī desideriorū carnaliū estu tēpat̃. Sz nōnūq̄ dum ignauia mēti subripit: prudētia frigescit. nā cū fessa torpet vētura nō ꝑuidet. Nōnūq̄ dū nōnulla mēti delectatio subripit: tēperātia nostra marcessit. In q̄tū ei ad delectationē p̄ntium ducimꝰ: intm̄ minꝰ ab illicitis tēpamur. Nōnūq̄ se timor cordi insinuat: ꝛ vires nostre fortitudinis turbat: et eo miores cōtra aduersa existimꝰ q̄ q̄dā ꝑdere īmoderatiꝰ dilecta formidamꝰ. Nōnūq̄ vero amor suꝰ se mēti īgerit. eāq̄ latēti motu a rectitudīe iusticie diuertit: ꝛ q̄ se totā auctori reddere negligit: eo ī se iusticie iuri ꝯtradicit. vētꝰ g̃ vehemēs q̄ttuor angulos domꝰ cōcutit: dū fortis tentatio occultis motibꝰ q̄ttuor v̄tutes q̄tit. Et q̄si quassatis āgulis dōs obruit̃: dū pulsatis v̄tutibꝰ ꝯscia t̃bat̃. Intra hos aūt q̄ttuor domꝰ angulos filíj ꝯuiuāt̃: q̄ ītra archana mētis q̄ ꝑncipalr̃ hĳs q̄ttuor v̄tutibus ad sūme rectitudinis culm̄ erigitur v̄tutes cetere q̄si q̄dā cordis soboles se īuicē pascūt. Donū q̄ppe spūs q̄ ī subiecta mēte añ alia. prudētiā tēperantiā. fortitudinē. iusticiā. format: eādē mētē vt cōtra singula q̄q̄ tēpamēta erudiat: ī septē morꝰ v̄tutibꝰ tēpat: vt cōtra stulticiā sapiā ꝯtra hebetudinē intellectū ꝯtra p̄cipitionē ꝯsiliū. cōtra timorē fortitudinē. ꝯtra ignorātiā sciam: ꝯtra duriciam pietatem. contra superbiā det timorem. Sed nonnunq̄ dum mens nostra tanta muneris plenitudine atq̄ vbertate fulciatur: si continuo in hĳs securitate perfruitur: a quo sibi hec sint obliuiscitur seq̄ a se hr̄e putat q̄ nunq̄ sibi abesse cōsiderat. vñ fit vt aliquan do se

hec eadē grauiter subtrahat: et ꝑsumenti menti ꝗtū in se infirme tur ostendat. Tunc effiuere cogno scimus bona nostra vnde sunt: quā do hoc quasi amittendo sentimus q2 a nobis seruari nō possunt. Ad hoc itaq3 intimande hūilitatis ma gisteriū fit plerūq3: vt irruente tē ptationis articulo tanta stulticia sa pientiam nostram feriat: vt turba ta mens qualiter malis imminēti bꝰ obuiet vel contra tentationem quomodo se ꝑparet ignoret. Sed hac ipsa stulticia cor prudenter eru ditur: q2 vnd ad momentū desipit: eo post verius quo ⁊ humilius sa pit ⁊ sapiā vnde quasi amittitur: ta men certius possidetur. ¶ Aliquā do dum sublimia intelligēdo ī ela tione se animus erigit: ī rebꝰ imis ⁊ vilibus: graui hebetudine pigre scit vero repente sibi etiā ima clau sa videat: qui pernix summa pene trabat. Sed hec ipsa hebetudo in tellectum nobis dum subtrahit ser uat: q2 dum ad momentum cor hu miliat: verius ad sublimia intelli genda confirmat. ¶ Aliquādo dū cuncta nos agere consilij grauitate gaudemus pulsante cause emergē tis articulo precipitatiōe subita ra pimur ⁊ qui nos semꝑ disposite vi xisse credidimꝰ repēte ītima cōfusio ne vastamur. Sed tamen eiusdem confusionis eruditione discimꝰ ne nostris viribus consilia nostra tri buamus ⁊ tanto maturius ad gra uitatē restringimur: ꝗto ad hanc quasi amissam redimꝰ. ¶ Aliquā do dum mens aduersa fortiter con tēnit subortis aduersitatis euenti bus hanc metus vehemens ꝑcutit Sed per hāc concussa discit cui tri buat ꝙ in quibusdam fortiter ste tit ⁊ tanto post validius fortitudi nem retinet: ꝗto hanc repēte irru ente formidine sibi iā quasi elapsa3 videt. ¶ Aliquādo dū magna nos scire gaudemus repentine ignorā tie cecitate torpescimus. Sed quo ignorantia mentis oculus ad mo mentum claudit: eo post ad sciētiā verius aperit vt nimirum flagello sue cecitatis eruditus scire ipsum a quo habeat sciat. ¶ Aliquādo dū religiosa cuncta disponimus: dum pietatis viscera plene nos habere gratulamur: quadā mentis duri cia irruente percutamur. S3 quasi obdurati cognoscimꝰ cui pietatis habite dona tribuamus: ⁊ pietas verius velut extincta recipitur: dū quasi amissa ⁊ ampliꝰ amat. ¶ Ali quando dū subiectū ꝑ se diuine for midini animus gaudet: repente su perbia tēptante rigescit: sed tamen valde mox timēs: q2 non timet ad humilitatē iterū se festinꝰ inflectit ⁊ tanto hanc solidius recipere ꝗto eius virtutis pondus quasi amittē do pēsauit. Euersa igit domo mo riuntur filij: q2 turbata intentatiōe conscientia ad vtilitatem ꝓprie co gnitionis rapti: ⁊ ī momento tēpo ris obruuntur genite in corde vir tutes. Qui ꝑfecto filij intus ꝑ spi ritum viuunt dū exterius carne mo riuntur: q2 videlicet ⁊ virtutes no stre tentatiōis tēpore ⁊ si ī momē to turbate ad status sui incolumi tate deficiunt: per intētionis tamē ꝑseuerantiam integre in mētis ra dice subsistunt. Cum quibus etiā tres sorores occūbunt: q2 in corde nōnūꝙ ꝑ flagella turbatur caritas ꝑ formidinem concutitur spes: per questiōes pulsat fides. Sepe enim quasi a conditoris amore torpesci mus dū vltra ꝙ nobis congrue cre dimus: flagello fatigamur. Sepe dum plusquā necesse est mens for midat: fiduciam sibimet spei debi litat. Sepe dū imensis questioni bus animus tendit per turbata fi des quasi defectura fatigat: S3 ta men viuunt filie q̄ domo concussa moriuntur: q2 ⁊ si intra cōsciētiā spē fidē caritatē occūbere perturbatio

ipsa renūciat: has tñ ante dei oculos viuas pseuerātia recte intentionis seruat. Uñ et puer q̄ hoc nūciat solus euadit: q2 mentis discretio: etiā inter tētamenta incolumis pmanet. Igitur puer vt Job filios flendo recipiat: dū discretione nunciante dolēs anim⁹ vires amittere ceperat/penitendo cōseruat. Mira aūt hoc nobis cū agit̃ dispensatiōe vt mēs nr̃a culpe nunq̄ pulsatione feriat̃. Nā esse se magnarū virium homo crederet: si nullū vnq̄ earūdem viriū deffectū intra mentis archana sentiret. Sed duz tētatione i rruente quatitur: et quasi vltra q̄ sufficit fatigatur: ei cōtra hostis sui insidias munimen humilitatis ostēdit̃ et vnde se ptimescit eneruiter cadere ide acapitur fortiter stare.

Venti noie psperitas transitoria ostenditur sicut p beatū Job dr̃. Eleuasti me et quasi super vētum ponens elisisti me valide. Quid em̄ p ventū nisi transeuntis vite psperitas designat̃. Sed quia psentis vite gl'ia: quasi in alto cernit̃: et nulla stabilitate solidat̃: eleuatus velut sup ventū ponitur qui psperitate transitoria letat̃. Qm̄ ad hoc solū huic fugitiue felicitatis aura subleuat vt repente deterius in infimis sternat. Quia em̄ sancta ecclesia q̄ p beatū Job designatur cunctis in honore est: infirmi quiq3 in ea q̄ transitorijs successibus letantur quo nisi sup vētū positi vident̃ eleuati. Quia subsequēti psecutionis tp̄e dū psperitatis aura p trāsit eorū ptinus eleuatio corruit et repente cadentes discunt: q2 eleuati pa⁹ in vento sederūt. Que videlicet verba etiā beati Job psōe spāliter cōgruunt: non ad id q̄ erat sed ad id q̄ esse videbat̃. Neq3 enim mentem illius psperitas fugitiua eleuauerat: q̄ inter tot rerū affluētias miro semp virtutes pondere pmebat. Sed iuxta hoc q̄ exterius videri potuit q̄ i suis humilis i alienis oculis eleuat⁹ fuit: quasi super ventū positus elisus est valide: q2 rebus exterioribus fultus vnd' esti mabatur surgere: inde videbatur cecidisse. Quē videlicet casum sanctus vir in mēte nō ptulit: q2 nulla aduersitas deicit q̄ psperitas nulla corrūpit. Qui em̄ veritati inheret vanitati nullo modo succūbit. Q2 dū forti pede cogitationis int⁹ intētionem fixerat: omne q̄ foris mutabiliter agit̃ ad arcē mētis minime pertingit.

Job. xxx.

Venti noie supbie tumor intelligitur sicut de maliciosis hominib⁹ p pphetam dicit̃. Traxe rūt vētū quasi dracones. Quid em̄ draconū noie nisi maliciosi hoies designat̃ venti vero noie: supbie i fla gitio intelligit̃. Peruersi ergo ventum quasi dracones trahunt cū maliciosa superbiam inflantur. Hie. xiiij.

Venti nomine quelibet res trāsitoria designat̃: sicut a beato Job sub psona infirmor dr̃. Abstulisti quasi vētus desideriū meum. Job. xxx.

Quid venti noie nisi res transitoria accipit̃ ventus ergo desiderium tollit: cum res quelibet transitoria eternitatis appetitū destruit. Fidelis se pati denūciat: q̄ eos quos diligit pati dolet. Qui despectis supernis pmissionibus terrena desiderant: et si qñ in eorū mente alid'd de appetitu eternitatis orit̃: subor ta citius trāsitoria delectatiōe dissipatur.

Venti noie cōcussio extremi iudicij intelligitur sicut ppheta ezechiele testāte didicim⁹ q̄ eiusdē iudicij terrorē cōtemplans ait. Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. venti nāq3 nomie pturbatio vltimi iudicij. aqlonis vero noie peccatorum frigiditas desi gnatur. Ventus ergo turbinis ab aquilone venit: q2 nimirum causa Eze. i.

pe ccatorum exigit. vt districti iudicij concussio: omnia simul elementa perturbet.

Velocitate ac sublimitate ventorum solent anime sanctorum signari: sicut p psalmistam de deo dicitur. Qui ambulat super pennas ventorum: id est qui transgreditur virtutes animarum. Hinc iterum a beato Job dicitur. Qui fecit ventis pondus. Ventis namque dominus pondus fecit: quia dum superna sapientia replet animas eas maturitate indita graues reddit. Nam illa grauitate qua dicitur filij hominum vsquequo graui corde. Aliud namque est grauem esse p consilium: aliud p peccatum. Aliud est grauem esse p constantiam aliud per culpam. Ista enim grauitas pondus habet oneris illa virtutis. Pondus ergo accipiunt anime vt ab intentione dei: non iam leui motu dissiliant: sed in eum fixa constantie grauitate consistant. Adhuc ille populus leuiter mouebatur de quo p prophetam dicitur. Abijt vagus in viam cordis sui. Vias eius vidi et dimisi eum. Graue autem consilium cordis: omnem inconstantiam vagationis expellit. Et quoniam sunt anime que leui motu: nunc ista: nunc illa/desiderent: omnipotens deus: quia ipsas leues fluctuationes mentium: non leuiter pensat: vagationem cordis relinquendo diiudicat. Sed cum per gratiam respicit vagam mentem in consilij stabilitatem figit. Recte ergo nunc dicitur qui fecit ventis pondus: quia cum leues motus animi misericorditer dignatur aspicere: hunc protinus ad constantie maturitatem format. Vel certe ventis pondus facere est concessam hic electis de virtutibus gratiam permixta infirmitate temperare

Capitulum. XIIII. De Austro.

In scriptura sacra austri nomine: aliquando spiritus sanctus: aliquando iudea: aliquando vita remissa: aliquando quilibet feruens spiritu designatur.



Austri nomine spiritus sanctus intelligitur sicut in canticis canticorum dicitur surge aquilo: et veni auster perfla hortum meum: et fluant a. i. Per aquilonem quippe malignus spiritus intelligitur. Per austrum vero qui nimirum calidus ventus est: non immerito spiritus sanctus designatur. quo quisque dum tangitur: ab iniquitatis sue torpore liberatur. Aquilo autem iubetur vt surgat vt nimirum is qui mortalium corda restringit aduersarius spiritus fugiat Auster venit et hortum perflat: vt eius aromata deffluant: quia per aduentum sancti spiritus dum mens hominum repletur ex ea mox opinio virtutum aspergitur: vt iure tam sanctorum lingua quasi hortus austro perflatus dicat christi bonus odor sumus deo. cant. iiij

Austri nomine iudea intelligitur sicut p Ysaiam de gentium conuersione loquens dominus dicit. Dicam aquiloni da et austro noli prohibere. Sicut enim p aquilonem gentilitas: sic p austrum iudea signatur: que quasi meridiano sole incaluit: quia redemptore in carne apparente feruorem fidei prima suscepit. Aquiloni ergo dicitur da. cum offerre deo sue fidei munera gentilitas imperatur. Et quia conuersis ad fidem gentibus primum iudea contradixit: et ad priorum retributionem celestium dedignabatur suscipere eos qui dudum fuerant cultores ydolorum vnde et post conuersionem gentium petro dicitur quare introisti ad viros preputium habentes et comedisti cum eis: ideo austro iubetur ne prohibeat: quia ebreis in fide consistentibus precipitur: ne vitam gentium repellendo condemnent. Esa. xliij.

Austri nomine vita remissa de-
Job.vi signat sicut ꝑ beatū Job di-
cit. Cōsiderate semitas theman iti
nera sabba ⁊ expectate paulisper.
Theman quippe auster: sabba aūt
rethe īterpretat. Quid ergo ꝑ au-
strum qui afflata tēporibus mēbra
dissoluit: nisi fluxa viuēdi remissio.
Qd per rethe nisi actōnis obligatio
demōstrat. Qui eñ dissoluta men
te ea q̄ terrena sunt appetunt: nec
gressu libero ad dñi pergūt ipi se
suis inordinatis conatibus ligant.
Cunqꝫ fluxis cogitatiōis sue actibꝰ
implicant/quasi remāsuros in re-
this maculis pedes ponunt. Sicut
enim quidam ad deuictas iam cul-
pas ꝑ aperta quedā: ⁊ non deuicta
retrahunt: ita nōnulli ad ea que re
liquerāt redeunt: ꝑ quedā q̄. t. ho
nestatis nomine: vel laudis honore
palliantur. Nā sunt pleriqꝫ q̄ iam
aliena nō appetunt atqꝫ ab huius
mūdi iurgijs inchoato q̄etis amo
re diuidunt: eruditi sacris eloquijs
sitiunt vacare supernis cōtēplatio
nibus cōcupiscent: nec tamen ꝑfe-
cti animi libertate terram rerū fa-
miliarium deserunt/cui sepe tūc lici
te seruiunt etiā cū illicitis huiꝰ mū
di iurgijs implicantur. Cunqꝫ ter-
renas res studiose tueri ōsiderant
cordis requiē desert quē querebāt
⁊ cum substātia fugiēs cōtinua ꝑui
sione ꝓtegitur: cōceptus in animo
diuine scientie sermo dissipat: quia
iuxta veritatis sentētiā ob ortū se
mē spine opprimūt cū verbū dei a
memoria importune terrenarū re
rum sollicitudines expellūt. Disso
lutis itaqꝫ gressibus ī rethe ambu-
lāt: q̄ dū mundū ꝑfecte nō deserūt
semetipsos gradiendo obligāt ne
gradiant. Et sunt nōnulli q̄ nō so-
lū aliena nō appetūt: verūetiā cun-
cta q̄ possident ī mūdo delinquūt
semetipos abiciūt nullā ꝑsentis vi
te gl'iam querūt ab huiꝰ mūdi se ac
tionibꝰ separāt: ⁊ pene q̄cq̄d ꝓspe
ritatis arriserit calcāt: sꝫ tñ adhuc
vincl'o carnalis cognatiōis obliga-
ti dū amori ꝓpinquitatis īdiscrete
deseruiūt ad ea sepe ꝑ affectum co-
gnationū redeūt q̄ iā ꝓprio despe
ctu subierūt. Cunqꝫ plus q̄ꝫ necesse
est carnis ꝓpinq̄s diligūt: retracti
exterius a cordi parēte diuiduntur
Nā sepe quosdā vidimꝰ q̄ꝫtū ad ꝓ-
priū studium spectat iā ꝑsentis vite
desideria nō hre mūdū ⁊ ope ⁊ ꝓ-
fessiōe ⁊ cōfessiōe reliq̄sset: sed tñ ꝓ
inordinatis affectibꝰ ꝓpīquorꝫ ꝑto
ria irrūpere terrenarꝫ rerū iurgijs
vacare libertatē intime q̄etis relin
q̄re: ⁊ mūdi ī se studia iā dudū de-
structa reparare. Quo itaqꝫ isti nisi
ī rethe ambulāt: q̄s a ꝑsenti seculo
incoata iā vite ꝑfectio soluerat: sed
inordinatꝰ amor terrene cognatio-
nis ligat. Qui eñ districto studio
⁊ nō dissolutis gressibꝰ eterne ꝓmis
siōis ꝑmiū sequūt: sicut semetipos
ꝓ diuino amore despiciūt: sic cūcta
q̄bꝰ se sētiūt ꝑpediri postponūt: ⁊
cū ꝓ deo necesse ē: vt q̄bꝰ valēt īser
uiēt ꝓ deo priuata obseq̄a ēt ꝓpin
quis negāt. Sꝫ indiscrete mentes
hāc viuēdi regl'am nesciūt ⁊ quo vi
as dei dissolute appetūt: eo ad mū
di itinera stulte replicant. Recte ḡ
vir sctūs post themā semitas sabba
itinera memorat: qꝛ quos auster re
probi tēporis soluerit: hos nimirū
rethe īplicatiōis tꝫ. Bñ aūt prauo
rū facta describēs cōsiderare h̄ ad
monet nos: qꝛ ꝑuersa agēdo diligi
mꝰ sꝫ hoc visa ī alijs dijudicamꝰ ⁊ q̄
in nobis minꝰ dijudicāda credimꝰ
q̄ꝫ sint turpia ī aliorꝫ actiōe cognosci
mꝰ. sicqꝫ fit vt ad semetipāꝫ redeat
mēs ⁊ agē q̄ꝫ repħēdit erubescat ⁊
q̄si a speculo feda facies displicet:
dū mēs a vita simili ī se ipa qđ auer
sē videt: ait ḡ. Cōsiderate semitas
themā itinera sabba et expectate
paulisper. Ac si aperte diceret.
Damna alieni temporis attendite
et tunc spem de eternis firmius
sumitis: si recto corde oculo / q̄ꝫ
in alijs displiceat videtis.

Bene autem dicitur: et expectate paulisper: sepe enim dum vite presentis breuitas quasi diu pseueratura diligit ab eterna spe: alius frangitur et delectatus presentibus desperationis caligine reuerberatur Cunctis longu putare q ad viuendi sibi spacium restat: repente vitam deserens eterna inuenit que vitare iam nequeat: recte itaqz dicitur expectate paulisper: qz imensum est qd sine termino sequitur et parum quicquid finitur. Logu quippe nobis videri non debet: q cursu sui temporis tendit vt non sit.

Ustri nomie quilibet ferues spiritu designatur sicut p ezechielem dicitur. Et eduxit me advi am australe: et ecce porta que respiciebat ad austrum. Sicut aquilois frigore peccatores: sic per australe viam feruentes spiritu designatur qui calore sancti spirit⁹ accensi velut in meridiana luce virtutib⁹ excrescunt. Notandum vero qz i spirituali edificio alter aditus ad orientē: alius ad aquilonem: atqz alius ad austrum: patet per orientem quippe incoantes: per aquilonem lapsi: per austrū feruentes spiritu designat. Porta ergo ad orientem est fides: qz per ipsam luxvera nascitur in mente. Porta ad aqlonem est spes: qz vnusquisqz i peccatis positus si devenia desperauit funditus perit. Unde necesse est: vt qui per suam iniquitatem extinctus est per spem misericordie reuiuiscat. Porta vo ad meridiē est caritas qz igne amoris ardet. In meridiana enim parte sol in altum ducitur: qz per caritatem lumen fidei in dei et proximi dilectione subleuatur. patet ergo porta ad orientem vt hij qui sacramenta fidei bene inchoauerunt et in nulla postmodum viciorū profunditate dimersi sūt ad gaudia secreta perueniant Patet porta ad aquilonem: vt hij qui post incoationem caloris et luminis in peccatorum suorum frigore et obscuritate dilapsi sunt: per compunctionem penitentie advemiam redeant: et que sit in terne retributionis vera leticia cognoscāt. Patet porta ad meridē: vt hij q sanctis desiderijs in virtutibus feruent spirituali intellectu qtidie interni gaudij misteria penetrēt. Inter hec aūt queri potest cur quattuor mundi partes sint: cur in hoc edificio non quattuor sed tres portes esse memorantur. Quod recte querendum fuerat: si ,ppheta non spirituale sed corporale edificium vidisset: sancta enim ecclesia. i. spāle edificium vt ad secreta gaudia pertingat: tres solūmodo portas habet videlicet/fidē/spē/et caritatē Tribus igitur tantū portis ad interius atriū tenditur: qz per fidem spē atqz caritatem ad gaudia secreta peruenitur.

Ezech. xliij.

Capitulum. xv. De aquilone

In scriptura sacra aquilonis nomine aliquādo malign⁹ spūs aliquando gentilitas: aliquādo peccatorum frigiditas designat.



Quilonis nomie malignus spūs intelligit sic beatus iob de dño et eodē diabolo loquēs dicit. Qui extendit aquilonem super vacuos: pro eo nāqz q ventus aquilo constrigit in frigore non incongrue aquilonis nomie torpor maligni spūs designat. Qd ysayas quoqz testatur: q dixisse diabolum denunciat dicens. Sedebo in monte testamenti in. l. aquilōis. Malignus enim spūs montē testa

Job. xxvi.

Esa. xiiij.

menti tenuit: qr iudaicum populū qui legem acceperat sibi per in pfi diam subiugauit. Quando enī cor da doctorum tenet montem testa= menti diabolꝰ ꝑsidet: qui etiā in la teribus aquilonis sedet: qr mētes hominū frigidas possidet. Bene ergo superuacuū extēdi diabolus dicitur: qr illa corda possidet que diuini amoris gratia non replētur

Aquilonis nomīe gentilitas designatur sicut in libro bea ti Job ab eliu dicitur. Ab aquilo= ne aurū veniet. Quid enim per aq lonem nisi peccati frigore constri= cta gentilitas designatur. Quid ve ro auri nomine: nisi anime fideles exprimuntur. Unde per hieremiā de quibusdam a bono tepescenti= bus dicitur. Quomodo obscura= tum est aurum: mutatus est color optimus. Aurū quippe obscuratū doluit qr in quibusdam claritatem innocentie versam in culpe magni tudinem vidit. Ab aquilone ergo aurum venire dicitur: qr per respe ctum gratie redemptoris a gentili tate dudum pfidie torpore frigida in sancta ecclesia ꝑciosa deo vita fi= delium multiplicatur. Ab aquilo= ne etenim aurum venit: cum ab ip sis ydolorum cultoribus vera ī do mino fides clarescit.

Job. xxxvij.

Aquilonis nomine peccatorꝫ frigiditas designat: sicut eze chiel ꝓpheta vltimū iudicium ad feriendum peccatores agēdū con spiciēs ait. Et vidi ꝛ ecce vētus tur binis veniebat ab aquilone. Quid enim ventus turbinis aliud accipit nisi perturbatio districti iudicij. Quid vero aquilonis nomine nisi peccatorum frigiditas intelligitur Uentus autem turbinis ab aquilo ne venit: qr nimirum causa pecca= torum exigit: vt districti iudicij cō= cussio omnia simul elementa ꝑtur bet. Terror enim perturbationis vltime inde venire dicitur: vnde generat. Nam qr ad feriendas pec catorum mentes iudicium pertur bationis vltime agitur: recte ab aq lone ventus turbinis venire ꝓhi= betur. Que videlicet concussio ap= te vētus turbinis esse di citur: quia in illo die cunctorum qui esse ī car= ne mortali inuenti fuerint: in pauo re nimio corda cōmouētur.

Eze. i.

¶ Capitulum. xvi. De Fulgure.

¶ In scriptura sacra fulguris vel fulminis nomine: aliquādo exe= cratio superni timoris: aliquan= do miracula sanctorum: aliquā= do extremi iudicij sententie desi gnātur.



Fulgu= ris no= mīe ex citatio diuini terro= ris itel telligit sicut p Ezechi elē dici tur. Et hec erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis ꝛ de igne fulgur egrediens. Ignis enim nomine sctūs spūs signari so let. De quo in euangelio dn̄s dicit Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt accendatur. Cum enim carnalis mens spm̄ sanctū ac= cipitur: spāli amore succensa malū plangit qꝫ fecit ꝛ terra ardet: quan do accusante se conscientia cor pec catoris vrcetur: atqꝫ in dolore peni tētie crematur. Fulguris vero no mine: terror diuinus designat. Sā ctus ergo spūs ī medio animalium splendor ignis: et de igne fulgur egrediēs discurrere dicit: qr vniuer sam ecclesiam replens in electorū cordibus ex seipso flāmas amoris ꝓicit: vt corusca more ꝑ terrorem

Eze. i.

feriat: ⁊ ad amorē suum corda tor=
pentia accendat: splendor ignis et
de igne fulgur egrediens inter pē=
nata aialia discurrit: qr spūs sanct⁹
simul singulis atq̃ omnibus psto
fit: ⁊ intendit quos cōtigerit ⁊ illu
minat quos incendit vero post fri=
gus pristinum accēsi ardeant ⁊ per
ignē amoris q̄ acceperint flāmas
exēplorū reddant. Fulgur quippe
de hoc igne egrediens torpentes
mentes percutit eas percutiendo
excitat ⁊ inflammat: vt post amorē
illius ardentes pariter ⁊ lucentes
currant.

Fulgurū nomīe miracula sā
ctorū designantur: sicut ad
Job. xxxviij beatum Job a dño dicit. Nunquid
mittes fulgura ⁊ ibūt ⁊ reuertētia
dicent tibi adsumus. Quid enim
p fulgura nisi sanctorū pdicatorū
miracula exprimunt. Fulgura qp
pe ex nubib⁹ exeūt: sicut mira opa
ex sctis predicatoribus ostendūtur
q̄ idcirco nubes vocari solent: quia
⁊ coruscant miraculis ⁊ pluūt ver=
bis. Et qr humana corda: postq̄ p
pdicationē mota non fuerint: istis
miraculorum fulgoribus cōturbātur
pphā attestāte didicim⁹ q̄ ait. ful
gura multiplicabit ⁊ conturbabis
ps. xvij eos. Ac si diceret. Dū verba pdica
tionis tue non audiunt: p predican
tium miracula cōturbantur. Dicit
ergo ad beatū Job. Nūqd mittes
fulgura ⁊ ibūt: ⁊ reuertentia dicēt
tibi adsumus. Subaudis vt mihi
Vadunt enim fulgura cū pdicato
res miraculis coruscant ⁊ superna
reuertentia auditorum corda transfi=
gūt Reuertētia vero dicūt adsum⁹
cum non sibi: sed dei viribus tri=
buunt quidquid se fortiter egisse
cognoscūt. Quid est enim deo di=
cere adsumus. Quoddā namq̃ in
hoc verbo declaratur obsequium
Reuertentes itaq̃ predicatores sā
ctos dicere est adsumus illi laudē
tribuere gratie: a quo se accepisse
sentiunt victoriā pugne ne sibi tri=
buant q̄ operant. Et ire qdē ful=
gura operando possunt: sed reuer=
ti superbiendo non possunt: videa Act. iij
mus fulgur vadens. Claudo cui=
dā ait petrus. Argentum ⁊ aurū
non est michi q. a. h. hoc tibi do.
In nomine iesu xpi nazareni surge
⁊ ambula. Et apprehēsa manu ei⁹
dextera: alleuauit eum ⁊ ptinus cō
solidate sunt bases eius ⁊ plante ⁊
exiliens stetit ⁊ ambulabat. Sz cū
de hoc facto iudeorum turba fuis=
set commota: videamus nunc ful=
gur rediens ait. Viri israelite quid
admiramini in hoc: aut nos quid
intuemini quasi nostra virtute aut
pietate fecerimus hūc ambulare.
Deus Abraham et deus ysaac: et
deus Jacob: deus patrum nostro=
rum glorificauit puerum suū iesuz
⁊ paulopost. Cuius nos testes su=
mus: ⁊ i fide nominis eius hūc quē
videtis ⁊ nostis confirmauit nō ei⁹
⁊ fides q̄ per eum est dedit inte=
gram sanitatem istam in conspectu
omnium vestrum. Id ergo fulgur
cum petrus miraculum facit re=
dit cū non sibi tribuit q̄ facit. va=
dūt itaq̃ fulgura cū predicatores
sancti mira opera ostendūt: sed re=
uertendo dicunt adsumus cū in eo
q̄ faciunt ad potentiam auctoris
recurrunt.

Fulminum nomine tre
mende extremi iudi=
cij sentētie exprimū iob. xli
tur sicut ad beatū Job
de diaboli damnatione dominus
loquens ait. Mittet contra eum
fulmina ⁊ ad locum alium non fe=
rentur. Quid enim fulminum ap=
pellatione nisi tremende ille extre
mi iudicij sententie designantur.
Que idcirco fulmina vocantur:
quia nimirum eos quos feriunt ⁊
in perpetuum incendunt Fulmen
namq̃ super diabolū venire paul⁹
aspexerat cū dicebat quē dñs ihūs

interficiet spiritu oris sui ⁊ destruet illustratione aduentus sui. Hec autem que in eum mittentur fulmina ad locum altum non ferentur; qꝛ iustis gaudentibus solis esse reprobos feriunt. nã post creaturam vite presentis ĩ qua nunc triticum sub paleis gemit: ita illo extremi iudicij ventilabro inter triticũ paleasqꝫ discernitur: vt nec in tritici horreum palee transeant: nec in palearum ignem: horrei grana delabantur. Illa ergo fulmina locũ altum nequaq̃ tangitur: qꝛ videlicet igne suo: nõ grana sed paleas incendunt.

¶ Capitulum. xvij. De Tonitruo

¶ In scriptura sacra tonitrui nomine: aliquando incarnatus dominus iesus xp̃s: aliquando predicatio superni terroris accipit.



onitrui nomĩe ĩcarnatus dominꝰ ĩtelligit q̃ ex antiquorũ patrũ conueniente prophetia ad noticiam nostram/ quasi ex nubium concursione: prolatꝰ est qui inter nos visibiliter apparens ea que super nos erant: terribiliter sonuit. vnde ⁊ ipsi sancti apostoli de eiꝰ gratia generati boanherges. i. filij tonitrui sũt vocati


Tonitrui nomine predicatio superne terroris accipit vnd beatum Job dominus interrogat dicẽs. Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum ⁊ viam sonantis tonitrui: imber enim vehementissimus est vis ĩmensa predicationis. Tonitrui vero via predicatio superni terroris accipit quẽ terrorẽ dũ percipisit humana corda: quatiunt

Job. xxxviij.

Sed qꝛ quilibet predicator verba auribus dare potest corda vero aperire non potest: ⁊ nisi per internã gratiam solus oꝑs deus predicantium verba ad corda audientiũ inuisibiliter aditum p̃stet: incassum predicatio aure audientis percipitur que peruenire surdo ore ꝓhibetur se dominus vehemẽtissimo ĩbri cursum ⁊ viã sonantis tonitrui dare asserit: qui etiã predicationis verba tribuit per terrorem corda compungit. Hanc viam paulꝰ predicator egregius dum superna misteria terribiliter ĩtonaret: se a se habere non posse conspiciens discipulos ammonebat dicens. Orantes simul ⁊ ꝓ nobis: vt deus aperiat nobis ostium verbi: ad loquẽdũ misteriũ xp̃i. Qui ergo loquebat misteria: sed in corde audientium eisdem misterijs a domino aperiri ostium p̃cabatur. Habebat tam q̃dem tonitruũ sed dari ei desuꝑ viã querebat. Hãc viam rursum quis daret intimabat dicens. Neqꝫ qui plantat est aliquid neqꝫ qui rigat: sed qui incrementum dat deus.

¶ Capitulum. xviij. De Niue.

¶ In scriptura sacra niuis nomine: aliquando candor vite celestis: aliquando frigida corda prauorum: aliquando sublimia corda sanctorũ: aliquando aĩaduersio superni iudicij designatur.



Iuis nomĩe cando dor vite celestis designat sicut ꝑ hieremiã de nazareis dicit. Candidiores nazarei eius niue nitidiores lacte rubicũdiores ebore antiquo saphiro pulcriores.

Tren. iiij.

Quis eniz nazareorum nomine: ni si abstinentium et continentium vita designatur? Que niue et lacte candidior dicitur. Nix enim ex aqua cõgelescit que desuper venit. Lac autem ex carne exprimitur: que in inferioribus nutritur. Quid ergo p niue m nisi cãdor vite celestis. quid per lac nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur. Et quia plerunqz continentes viri in ecclesia tam mira opera faciunt: vt ab eis multi qui celestem vitam tenuerant multi qui terrena bñ dispensauerant superari videantur: et candidiores niue et nitidiores lacte referuntur. Qui et quia per feruorem spiritus antiquorum ac fortiuz patrum nonnunq̃ vincere vitam videntur recte adiungitur. Rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomen imprimutur sancti desiderij flamma signãt Ebur vero esse os magnorum animalium non ignoramus Ebore itaqz antiquo rubicundiores sunt: quia sepe ante humanos oculos nonnullis precedentibus patribus studij feruentioris existunt. De quibus vt totũ simul ostendatur adiungitur: saphiro pulchriores. Etherei quippe coloris ẽ saphirus. Et quia precedentes multos atqz ad superna tendentes per celestem conuersationem videntur vincere narrantur saphiro pulchriores extitisse.

Niuis vel grandinis nomine: frigida prauorum corda designantur: sicut ad beatum Job domino interrogãte dicitur. Nunquid ingressus es thesauros niuis. aut thesauros grandinis aspexisti: que paraui in tempus hostis: et in diem pugne et belli? Quid enim aliud in niue vel grandine nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda prauorũ Sicut enim feruore caritas sic solet in sacro eloquio frigore malicia designari. Scriptum nanqz est. Sicut frigidam facit cisterna aquã: sic facit animam malicia sua. Et rursũ habundabit iniquitas: et refrige. c. m. In frigore ergo niuis vel in duricia grandinis: quid accipi aptius potest: q̃ vita prauorum que et per torporẽ frigescit: et per duricie maliciam percutit. Quorum tamẽ vita domin⁹ tollerat: quia eos ad iustorum suorum probationem seruat. Unde apte subiunxit. Que preparaui in tempus et in diez belli: vt cũ aduersarius noster diabolus tentare nos nititur: eorum morib⁹ quasi suis contra nos armis vtatur: per ipsos quippe nos seuiẽs cruciat: sz nesciẽs purgat. Peccatis nanqz nostris ipsi flagellum fiunt. De quorum tali vita dum percutimur: ab eterna morte liberamur. Unde agitur: vt electorum vite proficiat: et p dita vita reproborũ: et vtilitati nostre dum illorum perditio militat: mira dispensatione fiat: quatin⁹ electis dei non pareat: et omne q̃ perit.

(Job xxviij) (hier. vi.)

Niuis nomĩe: sublimia corda sanctorum designantur: sicut per Heliu dicitur. Qui precipit niui vt descendat in terram. Et psalmista ait. Lauabis me et sup niuem dealbabor. (ps. l.) Quid hoc loco p niuẽ nisi per lucem iusticie candida accipimus corda sanctorum. Aque autem ducte in superioribus constipantur vt niues fiant: sed cum he ipse niues ad terram veniunt: in aquarum iterum liquorem vertuntur. Aque igitur sũt predicatorum mentes: que dum ad contemplanda superna se erigunt: altiori intellectu solidantur. Cũqz in summa cõsideratione rapiuntur: virtutem cõfirmationis accipiunt: sed qz in terris adhuc fraterna dilectione retinentur: semetipsas ab alto intellectu modificant: et infirmis humiliter predicantes: more niuium cor-

da arentium liquate rigant. Niues ergo ad terram de celestibus veniunt: cum sublimia corda sanctorum: que iam solida contemplatione pascuntur: pro fraterna caritate ad humilia predicationis verba descendunt. Sicut enim nix terram cum iacet operit: cum vero liquatur rigat: ita sanctorum virtus per firmitatem suam apud deum vitam peccatorum protegit: et per condescensionem suam quasi liquefacta arentem terram vt fructus proferat infundit. Et quia aqua prius ab inferioribus trahitur: vt post a superioribus sparsa reddatur: sancti quoque et cum virtutis arce consistunt. vnde eleuati sunt considerant: ne alme infirmitatis abiecta contemnant. Que ergo aque ad terras de quibus subleuate sunt redeunt: dum condescendentes iusti peccatoribus reminisci non desinunt quod fuerunt. Certe in terris adhuc Paulus fuerat. cum legem carnaliter sapiebat. Sed ductus ad celestia: in niuem versus est: quia quod prius infirmum sapuit ad soliditatem vere intelligentie commutauit: et tamen condescendens fratribus quasi nix ima repetijt: quia post virtutum culmina quem fuerit indignus agnoscit dicens. Qui prius fui blasphemus et persecutor: et contumeliosus: sed misericordiam consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Ecce quam clementer sue imbecillitatis reminiscitur: vt aliorum equanimiter infirma patiatur. Quasi enim ad terram de qua sumpta fuerat post celum aqua redijt: dum post sue tanta contemplationis archana peccatorem se Paulus meminit. vt prodesse humiliter peccatoribus possit. Uideamus itaque aqua hec in niuis solliditate vertenda qualiter trahatur ad summa. Ait. Siue mente excedimus deo Uideamus qualiter ad ima nix redeat: vt dum liquatur infundat. Ait. Siue sobrij sumus vobis Uideamus qua manu ducitur: vt et iacens eleuari valeat: et subleuatus reuocari. Ait. Caritas christi vrget nos. Quia igitur caritas christi que sanctorum mentes ad superna subleuat eas pro moderamine: pro fraterna dilectione: et ad humilitatem condescensionis format recte dicitur. Qui precipit niui vt descendat in terram.

i. Ti. i.

ii. Cor. v.

Niuis nomine: animaduersio superni iudicij exprimitur: sicut per beatum Job dicitur. Qui timent pruinam: irruet super eos nix. Quid enim per pruinam: nisi temporalis aduersitas. quid per niuem nisi de supernis veniens eterna tribulatio signatur. Pruina quippe inferius gelescit. nix autem de superius ruit. Et sepe nonnulli dum temporalia aduersa pertimescunt districtioni eterne animaduersionis se obijciunt. De quibus bene per Psalmistam dicitur. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Iste nanque veritatem iam libere defendere appetit: sed tamen in ipso suo appetitu trepidat: indignationem potestatis humane pertimescit. Cumque in terra hominem contra veritatem pauet: eidem veritatis iram celitus sustinet. Illic peccatorum suorum conscius ea que possidet indigentibus iam largiri desiderat: sed tamen ne datis rebus egeat: ipse formidat. Cum que carnis subsidia reseruando trepidus preparat: ab alimentis misericordie animam necat: et cum pati in terra inopiam metuit: eternam habundantiam sibi superne refectionis abscidit. Recte ergo dicitur: qui timent pruinam: irruet super eos nix: quia qui conculcanda in infimis metuunt: a summis metuenda patiuntur: et cum transire nolunt quod calcare potuerant: iudicium de supernis excipiunt: quod tollerare nequaquam possunt.

Iob. vi.

Ps. xiij.

Cap. XIX. De Grandine

In scriptura sacra grandinis no-

mine: aliquando intelligitur sancto rum increpatio. aliquãdo durat frigida corda prauorum.



Randinis nomine: sanctorum increpatio designatur: sicut p Psalmistam dicitur. Pre fulgore in cõspectu ei nubes transierunt grando z carbones ignis p fulgore em̃ nubes transeunt: quia predicatores sancti vniuersa mundi spacia miraculorũ claritate pcurrunt. Qui et grãdo z carbones ignis vocati sunt: quia et per correptionem feriunt: et per flammaz caritatis: accendũt. Ipsa quippe libera sanctorum increpatio natura grandinis conuenienter exprimitur. Grando em̃ veniens percutit: liquata rigat. Sancti autem viri corda audiẽtium et terrentes feriunt: z blandientes infundunt. Nã q̃admodum feriãt: idem Psalmista testatur dicens. Virtutem terribilium tuorum dicent: z magnitudinem. t. n. Et q̃admodũ blãdientes rigent secutus adiũxit. Memoriã habundantie suauitatis tue eructabunt: et iusticia tua exul.

Ps. xvij

Psal cxliiij.

Grãdinis quoq; nomine: dura et frigida corda prauoruz designantur: sicut in precedenti capitulo declaratur q de niue possumus. Nunquid ingressus es thesauros niuis. aut thesauros grãdinis aspexisti.

Incipit liber secundus.

De auibus. Cap. i.
De aquila. ij.
De columba. iij.
De turture iiij.
De gallo. v.
De gallina. vi
De coruo. vij.
De structione. viij.
De accipitre ix.
De herodio. x.
De miluo. xi.
De passere. xij.
De vulture xiij
De musca. xiiij.

In scriptura sacra auium vel volucrũ nomĩe: quãdoq; singulari numero ponitur: aliquando redẽptor noster designatur. aliquando diabolus. aliquando mens humana: quãdoq; autẽ pluraliter ponitur aliq̃n desinat aerie ptãtes: aliq̃n mentes spũalium virorum aliq̃n superborũ mẽtes. aliq̃n leues cogitatiões

Capitulum. I. De Auibus.



Uis nomine redemptor noster designat. sicut in Job iudaico populo dicit Semitam ignorauit auis. Quis ei hoc loco auis nomine: nisi ille signatur qui corpus carneum: q assumpsit: ascendendo ad ethera librauit. Cuius semitas perfidus iudeorum populus ignorauit: quia humilitatis ei vias: quibus nos ad alta subleuauit considerare noluit. Job xxviij

Auis noĩe: diabolus designatur: sicut de ipso per dominũ ad beatum Job dicitur. Nunquid illudes ei quasi aui. Auis siquidem dictus est humani generis aduersarius propter subtilis nature leuitatem. Auis ẽ: quia de nature sue Job. xl.

subtilitate superbe extollitur. auis est: quia nonnunq̃ per indomitam superbiam se etiã lucis angelum simulat. Cui quasi aui dominus illusit: dum ei in passione vnigeniti filij sui ostendit escam carnis: sz a laqueum abscondit diuinitatis vidit enim q̃ ore perciperet: sed nõ q̃ vidit guttur teneret. Unde q̃si auis illusus diuinitatis eius laqueum ꝑtulit: dum humanitatis eius escaz momordit.

Jo.v. Auis nomine: mens humana accipitur: sicut i lib. beati Job scriptũ est. Homo ad laborez nascitur: et auis advolatum. Quid enim hominis nomine: nisi exterior noster homo. i. caro: et q̃d auis appellatione: nisi interior hõ. i. mens signatur. homo ergo ad laborẽ nascitur: ⁊ auis advolatũ: quia ĩ eo q̃ caro flagellis afficitur mens ad appetenda altiora subleuatur. paulo attestãte qui ait. Et licet is q̃ foris est noster homo corrumpitꝛ: tamen is qui is intus est: renouatur de die in diem. Homo ergo ad laborẽ nascitur: ⁊ auis advolatum: quia inde mens ad summa euolat: vñ caro in infimis durius laborat.

mat. xiij ⁊ mar. iiij. Uolucrum nomine: aerie potestates designantur. bonoꝝ studijs aduerse: sicut veritatis ore in euangelio dicitur: quoniam semẽ q̃ secus viam cecidit venerunt volucres et comederunt illud: quia nimirum maligni spiritus humanas mentes obsidentes dum cogitationes noxias ingerunt: verbum vite a memoria euellunt. Hinc rursum

mat. viij ⁊ lu. ix. cuidam diuiti superba sapienti dicitur. Uulpes foueas habent et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Uulpes valde frauduléta sũt animalia: que in fossis vel specubus absconduntur. Cunq̃ apparuerint nunq̃ rectis cauernibus: sz tortuosis anfractibus erunt. Uolucres vero vt nouimꝰ alto volatu se in aera subleuant. Nomine ergo vulpium dolosa atq̃ fraudulenta. nomine autẽ volucrum hec ea dem superba demonia designãtur. ac si dicat. Fraudulenta et elata demonia in corde nostro. i. in cogitatione superbie: inuenirũt habitationem suam. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet: i d ẽ humilitas mea requiem in superba mente nostra non inuenit.

Uolucrum nomine: mentes spiritualium designantur: sicut in eua ngelio dominus cuz similitudinem regni celestis ex grano synapis denunciaret dixit. Cui simile est regnum dei: et cui simile estimabo illud. Simile est grano sinapis q̃ acceptum homo misit in hortuz suum et circuit: et factum est in arbore magna ⁊ volucres celi requieuerunt in ramis eius. Ipse est granum sinapis qui in horti sepultura plantaꝛ arbor magna surrexit. Granum nanq̃ fuit cum moreretur arbor: cũ resurgeret. Granuz per humilitatem carnis: arbor per potentiam maiestatis. Granum: quia vidimus eum et non erat aspectus: arbor autem / quia speciosus forma pre filijs hominum. Huius arboris rami sancti predicatores sunt. Et videamus q̃ late tendantur: quid de eis dicitur. In omnem terram exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eorum. In istis ramis volucres requiescunt: quia sancte anime que quibusdam virtutum ꝛ nnis eterna cogitatione se subleuãt in eorum dictis: atq̃ consolationibus ab huius vite fatigatione respirant.

Uolucrum nomine superborum mentes designantur sicut in libro beati Job ab heliu dicitur. Qui docet nos super iumenta terre: et super volucres celi eru-

lu. xiij. ps. xviij

dit nos. Jumenta terre sunt qui vsu vite carnalis ima appetunt. Volucres celi sunt qui superbe curiositatis studio sublimia perscrutantur. Illi viuēdo se deponunt infra q̄ sūt: isti inquirendo se eleuant vltra q̄ possunt. Illos in infimis voluptas deijcit carnis: istos quasi ī superiori bus erigit libido curiositatis. Illis
Ps.31. per sacra eloquia dicitur. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non ē intellectus. Istorum superbus la-
Ec.iij. bor increpat cum dicitur. Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne scrutatus fueris. Illis dicit mortificate mēbra vestra que sunt.s.t.fornic̄.in
Ec.iij. mundiciam l.i.c.m.istis dicit. Nemo vos decipiat per phiam: et ian.f. Docet ergo nos deus super iumēta terre: et super volucres celi erudit nos: quia dū hoc q̄ sumus agnoscimus nec carnis nos īfirmitas deijcit: nec supbie spūs eleuat. Nec defluendo imis subijcimur: nec supbiendo de sublimibus inflamur. Qui eñ labitur carne iumētorum appetitu psternitur. qui vero extollit mēte more volucrum: quasi leuitatis penna subleuatur.

Auium nomine: cogitationes designantur. vnde Abraham cū ad occasum solis sacrificium offerret: insistentes aues ptulit. quas studiose ne oblatū sacrificium raperent abegit. Quid enim p aues: nisi peruersas cogitationes accipimus Sepe enim ēt corda iustorum suborte cogitationes polluūt. frenarū rerum delectationes tangunt: sed dum citius manu sancte districtiōis abiguntur festine agitur ne cordis faciē: caligo operiat: que hanc iā ex illicita delectatione tangebat. Nam sepe in ipso orationis sacrificio īportune se cogitationes ingerunt: que hoc rapere vel maculare valeant q̄ in nobis flentes immolamus. Sed nos cū in ara cordis sacrificium deo offerimus exemplo abrahe hoc ab immūdis volucribus custodiamus ne maligni spūs: et peruerse cogitationes rapiant q̄ mēs nostra offerre se deo vtiliter sperat.

¶ In scriptura sacra aquile nomīe aliquando maligni spiritus. aliquā do presentis seculi potestates. aliqñ vero spiritualiter Johannes euangelista vel īcarnatus dominus. aliqñ dignitas humane conditionis. aliquando subtilis sanctorum intelligentia. aliquādo electorum anime designatur.

¶ Cap.II. De Aquila



Quila rum nomine: maligni spiritus exprimūt Hieremia attestante q̄ ait Velociores fuerunt aquilis celi persecutores nostri. Persecutores enim hie.iiij. nostri aquilis celi velociores sunt: cum tanta contra nos maligni spiritus faciunt: vt ipsas ēt aerias potestates inuētionibus malicie. pire videantur.

Aquile vocabulo potestas terrena figurat: sicut p Ezechielem dicitur. Aquila grādis magnarum alarū longo membrorum ductu plena plumis: et varietate venit ad libanum: et tulit medullam cedri: et summitatem frondium eius euulsit. Que vero aquila: quis alius q̄ Nabuchodonosor rex babilonie designatur. Qui pro īmensitate exercitus magnarum alarum pro diuturnitate temporum: lōge membrorum ductu pro multis vero diuicijs plena plumis: pro īnumera autem terrene glorie compositione: plena varietate describitur. Que venit ad

libanum: et tulit medullam cedri ⁊ ſummitatez frondium eius euulſit: quia iudee celſitudinem petēs nobilitatem regni eius quaſi cedri medullam abſtulit. Et dū tenerrimam regum prolem a regni ſui culmine captiuando ſuſtulit: quaſi ſummitatem frondium eius euulſit.

AQuile nomine: ſpālıter Johannes euangeliſta vel incarnatus dominus exprimitur. Unde Ezechiel dum ſub animaliū ſpecie euangeliſtas quattuor ſe vidiſſe deſcriberet: in eis ſibi homīs leonis bouis ⁊ aquile faciem apparuiſſe teſtatur. quartū procul dubio animal Johēm per aquilam ſignificās qui volando terram deſeruit: quia ſubtilem intelligentiaz interna miſteria verbum videndo penetrauit. Cui nimiruz prophice ſententie ipe quoq; Johānes in reuelatione ſua de ſemetipſo non diſſonat dicens.
Apoc. iiij. Animal primū ſimile leoni. Scd̄m animal ſimile vitulo. Iterum aīal: habēs quaſi faciez hominis: ⁊ quartum aīal: ſimile aquile volanti. Et ꝗuis ſingula ad vnumqueq; euangeliſtam recte conueniant: dum ali⁹ humane natiuitatis ordinem: alius per mūdi ſacrificij mactationē quaſi vituli mortē: alius poteſtatis fortitudinem: quaſi leonis clamorē inſinuat: alius natiuitatē verbi intuens: quaſi ortum ſolis aquila aſpectat. poſſunt tamen h̄ quattuor animalia ipm ſuū caput cuius ſunt mēbra ſignare. Ipſe nanq; et hō eſt: q2 naturam noſtrā veraciter ſuſcepit: et vitul⁹: q2 pro nobis patienter occubuit. ⁊ leo q2 ꝑ diuinitatis ſue fortitudinē ſuſcepte mortis vinculum rupit. ⁊ ad extremū aq̄la: q2 ad celū de ꝗ venerat rediJt. Hō ꝗ naſcendo. vitulus moriēdo. leo reſurgēdo. aq̄la ad celos aſcēdēdo vocatus eſt.

AQuile nomine: dignitas humane conditionis exprimit: ſicut per beatū Job dicit. Dies mei iob. ix.
pertranſierūt ſicut aquila volās ad eſcam. Aquila etenī alto valde volatu ſuſpenditur: et anniſu prepeti ad ethera libratur: ſed per appetitum ventris terras expetit: ſeſeq; a ſublimibus repente deorſum fūdit Sic ſic humanum genus in parente primo ad ima de ſublimibus corruit q2 nimirū conditionis ſue dignitas in rationis celſitudinem: quaſi ī aeris libertatem ſuſpenderat. Sed quia contra preceptum cibum vetitum contigit: per ventris concupiſcentiā ad terras venit: et quaſi poſt volatum carnibus paſcitur: q2 illa libere cōtemplationis. in ſpiracula perdidit: ⁊ deorſum corporeis voluptatibus letatur. Sic ergo aq̄la volans ad eſcam dies noſtri velociter traſeunt: q2 quo ima petim⁹ eo ſubſiſtere in vita ꝓhibemur.

AQuile nomine: ſubtilis ſanctorum intelligentia deſinat: ſicut ad beatum Job a domino ſub Job
interrogatione dicitur. Nūquid ad xxxix.
preceptum tuum eleuabitur aquila: ⁊ ī arduis ponet nidū ſibi. Quid enim per aquilam niſi ſubtilis ſanctorum intelligentia: ⁊ ſublimis eorum contemplatio figuratur. Cunctarum quippe auium viſus acies: aquile ſuperat: ita vt ſolis radius fixos in ſe oculos eius nulla lucis ſue coruſcatione reuerberans claudat. Ad preceptum autem dei eleuatur aquila dum iuſſionib⁹ diuinis obtēperans in ſupernis ſuſpenditur fidelium vita. Que et in arduis nidum ponere dicitur: quia deſideria terrena deſpiciens ſpe iam de celeſtibus nutritur. In arduis nidum ponit: quia habitationez mentis ſue in abiecta et infima conuerſationem non conſtruit. Interrogat ergo dominus beatum Job dicens. Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aq̄la: et in arduis ponet nidum ſuum. Ac ſi diceret vt ad meum qui q2 ex-

tertius precipio ꝙ intrinsecus gratia occulte largitatis inspiro.

Aquilarũ nomine: electorum anime intelliguntur: sicut de egredientibus fidelium animabus in euangelio veritas testatur dicens. Ubicũqȝ fuerit corpus: illuc congregabuntur et aquile. Ac si aperte dicat. Qui celesti sede incarnatus redẽptor noster presideo electorum quoqȝ animas cum carne soluero ad celestia subleuabo.

Mat. xxiiij. et luc. xvij.

Cap.III. De Columba.

In scriptura sacra columbe nomine. aliquãdo mansuetudo dñi intelligitur. aliquando christus totus. i. caput cuȝ corpore. aliquando spiritus sanctus. aliquando sancta ecclesia.



Columbe nomine: mãsuetudo domini itelligitur sicut per pphetã dicitur. Deserta facta ẽ terra a facie ire columbe: et a facie ire furoris domini. Quod iraȝ columbe predixerat ꝙ furorem domini subiunxit. Colũba nanqȝ valde simplex est animal: Et quia ĩ dñi nulla furoris inequalitas serpit furorem domini iram columbe nominauit. Ut enim diuine districtionis vim iperturbabileȝ demonstraret: et iram dixit et columbe. Ac si apertius diceret. Districtũ iudicium inconcussus exerit: qui permanens mansuetus punit. Unde et ĩ extremo iudicio in semetipso incommutabilis manẽs nulla vicissitudine

hie. xxv

ac mutabilitate variatur: sed tamẽ electis ac reprobis nequaquam sub spe eiusdem incommutabilitatis ostẽditur: quia tranquillus iustis: et iratus parebit iniustis. Teste enim conscientia intra semetipsos defertur. vnde et eorum mentes eque vnum respiciant: sed non equaliter modificent quia et istis eum benignum ostendit añacta iusticia: et illis terribilẽ culpa. Hoc itaqȝ loco furor domini non perturbatio diuine substãtie: sȝ super peccatores male sibi conscios examinatio iusta vindicte. Quis enĩ eum tranquillum in iudicio videãt quia tamen feriendos se ab illo nõ dubitant cũ suis moribus perturbatũ putant. Hoc inimirum quotidie in vsu vite presentis agit: vt de qualitate vẽturi iudicis mortalium corda doceantur. Nam cum duo adiudicium pergunt. alius innocentie conscius: alius culpe: ante prolatam sententiam adhuc tacentẽ iudicẽ vtriqȝ sustinẽt: et tñ culpe debitor grauẽ contra se irã hoc ipsũ iudicis silentium suspicatur quod iram sibi nõ denunciat perturbatio iudicis: sȝ recordatio prauitatis. Quia et si adhuc foris reũ sententia non clamat: intus iam grauiter conscientia accusat. At contra iusticie amicus decernentis vultum conspicit: sed intus de testimonio bone recordationis hilarescit. Et quo apud se quod metuat non habet: omne quod apud semetipsum est blandum videt.

Cap.IIII. De Turture.

Columbe nomine: xpus totus. i. caput cum corpore suo: quod est ecclesia designatur. Unde per legem turturi vel columbe in figura nostri sacrificij secari guttur: et nõ penitus abscidi iubetur: ita vt post mortem caput corpori inhereat. Quis enim caput nostrum est: nisi redẽptor generis hũani. De quo

scriptum est. ipm caput dedit sup ra
ecclesiā q̄ ē corpus ipsius. Quē cuz
iudei ꝑsequerētur nomen eius dele
re de terra conati sunt. Cūq₃ eum
crucifixum et sepultum viderēt: h
se ab amore omnium diuisisse credi
derunt. Sed caput columbe vł tur
turis ⁊ incisuz est: ⁊ tamē a suo cor-
pore diuisum nō est: q2 ex eo ꝙ me-
diator dei ⁊ hoim. i. caput omnium
nostrum: ⁊ vere mūdationis hostia
pro nobis mortē pertulit: oms nos
sibi verius in ipsa sua morte cōiun-
xit. Et per hoc ꝙ se nostris oculis vi
sibiliter subtraxit nostris se menti-
bus inuisibiliter radicauit. Post
sectionē igit caput turturis vel co-
lūbe suo corpori inheret: quia chri-
stum ab ecclesia: nec mors interue-
niens diuidit. Persecutores igitur
peregerunt hoc ꝙ perniciose moli-
ti sunt: intulerunt mortem. vt ab eo
absciderent fidelium deuotionē: s₃
inde fides currit: vnde se hanc infi-
delium crudelitas extinguere credi
dit. Cūq₃ se estimant: eius miracu-
la persequēdo abscidere: hoc nimi-
rum compulsi sunt nesciendo dilata
re. Caput ergo columbe vel turtu-
ris incisum inhesit corpori: quia pro
nobis quidem redēptor noster pas
sus est: sed a nobis per passionez se
paratus non est.

Columbe nomine: spūs
sanctus designatur: sicut
per Matheum euange-
Mat. iij listam dicitur. Baptiza-
tus autem Jesus confestim ascēdit
de aqua: et ecce aperti sunt ei celi et
vidit spiritum dei descendentem: si
cut columbam et manentem super
se. Unde et ipse Johannes baptista
ait. Quia vidi spiritum descenden-
tem quasi columbam de celo et mā
sit super eum. Bene autez spiritus
reconciliator in columba q̄ multuz
simplex ē auis apparuit: vt sue ⁊ vi-
delicet nature simplicitatē per hu9
speciem animalis ostenderet: spiri-
tus enim sanctus discipline effugiet
fictum: et eum in quem descendit
mansuetum mitemq₃ ac misericor-
die superne preconem ministrumq₃
doceret mundo esse futuruz: siml ⁊
oēs q̄ sua gr̄a eēnt renouādi simpli
ces ac mundi cordes admoneret in
gredi: iuxta ꝙ scriptum est. Senti-
te de domino in bonitate et simpli-
citate cordis. q. quoniam in maliuo Sap. i
l am animam non. i. s. nec h. in c. s. p.
Bene ergo super dn̄z spirit9 sanct9
in colūba apparuit: qui non venie-
bat vt peccata iam per zelum percu
teret: sed adhuc per mansuetudinē
tolleraret. Quis enim eius iusticiā
ferret: si prius ꝙ nos per mansuetu-
dinem colligeret culpas nostras: ꝑ
zelum rectitudinis examinare vo-
luisset. Homo ergo pro hominib9
factus mitem se hominibus p̄buit
noluit peccatores ferire: sed colli-
gere. Prius voluit mansuete corri
gere: vt haberet quos post mūdū in
iudicio saluaret.

Columbe nomine: sancta
ecclesia siue quelibet ele
cta anima designatur: si-
cut eidem vel ecclesie vel
anime veri luminis diez quasi tem-
pus vernale prestolanti per sponsi
vocem dicitur. Surge propera a-
mica mea co. m. for. m. ⁊. v. Jaz eniz
hyems transijt. i. a. et re. flores a. in
t. n. Siue enim sancta ecclesia. siue
vnaqueq₃ electa anima celesti spon
so est: amica per amorem columba
per spiritum: formosa per morum
pulchritudinem. Que cum iam de
corruptione carnis educitur ei pro-
culdubio hyems transijt: quia pre-
sentis vite torpor abscedit. Imber
quoq₃ abijt et recedit: quia cuz ad
contemplandum in sua substantia
omnipotentem deuz educitur: iam
verbor₃ gutte necessarie nō erūt. vt
pluuia debeat predicationis infūdi
illā ꝙ min9 audire potuit: āplius vi
debit. Tūc appent flores ī fra: q2 cū

de eterne beatitudinis vita quedã
suauitatis primordia pregustare
anima ceperit: quasi iam in floribꝰ
odorata exit: ꝙ post ꝙ egressa fue=
rit in fructu vberius habebit.

¶ Capitulum.V. De Gallo.

¶ In scriptura sacra galli
nomine sanctus p̄dicator de=
signatur.



Galli no
mine p̄
dicator
sanctus
Puer. designa
xxx. tur sic̄
per sa=
lomo=
nẽ dicit
Tria sũt
que be
ne gradiuntur ⁊ quartum ꝙ ince=
Job dit feliciter. Leo fortissimus besti
xxxviij. uarũ ad nulliꝰ pauebit occursum.
Gallus succinctus lumbos ⁊ aries
nec est rex qui resistat ei. Hinc bea
tum Job dñs interrogat dicens.
Quis posuit in visceribꝰ hominis
sapientiã vel quis dedit gallo intel
ligentiã. Sapientia quippe diuini
tus inspirata ĩ visceribus hominis
ponitur: qꝛ nimirũ q̄tũ ad electo=
rum numerũ spectat nõ in solis vo
cibus sed etiã in sensibus datur: vt
iuxta ꝙ loquitur lingua: viuat con
scientia ⁊ lux eius tanto clarius re
splendeat in superficie: q̄to verius
inardescit in corde. Magni autem
laboris est hoc ꝙ additur: vel quis
dedit gallo intelligẽtiam subtilio
ri adhuc expositione discutere.
Qui nãqꝫ hoc loco aliĳ: nisi predi=
catores sancti designantur: qui in=
Rom. ter tenebras vite presentis student
xiij. venturam lucem predicando quasi
cantando nunciare. Dicunt enim.
Nox precessit dies autem appro=
pinquauit. Qui vocibus suis som=
num nostri corporis excutiunt cla=
mantes: hora est iam nos de.s.s. Et
rursum. Euigilate iusti et nolite
peccare. Intelligentia autem do=
ctorum tanto esse subtilior debet:
q̄to se ad penetranda inuisibilia
exercet quãto nichil materiale di=
scutit quãto ⁊ per vocem corporis
loquens omne ꝙ est corporis trã=
sit. Que tamen profecto nullatenꝰ
snmmis congrueret: nisi eam can=
tanti gallo.i. predicãti doctori ip̄e
summorum conditor ministraret.
Intelligentiam quoqꝫ gallus acci
pit: vt prius nocturni temporis ho
ras discutiat: ⁊ tunc demũ vocem
excitationis emittat: qꝛ videlicet
sanctus quisqꝫ predicator prius in
auditoribus suis: qualitatem vite
considerat: ⁊ tunc demũ ad erudiẽ
dum congruam vocem predicatio
nis format. Quasi enim horas no=
ctis discernere est peccatorum me
rita diiudicare. Quasi horas no=
ctis discernere est: actionum tene=
bras apta increpationis voce corri
pere. Gallo itaqꝫ intelligentia de
super tribuitur: quia doctori veri=
tatis: discretionis virtus vt noue=
rit quibus quid/quando/vel quo=
modo inferat diuinitus ministra=
tur. Non enim vna eademqꝫ cun=
ctis exhortatio conuenit: quia nec
cũctos per morum qualitas astrin
git. Sepe quippe aliĳs officiunt:
que aliĳs prosunt. Nam ⁊ plerũqꝫ
herbe que hec animalia reficiunt:
alia occidunt. Et leuis sibilus eq̄s
mitigat catulos instigat. Et medi=
camentum ꝙ hunc morbum imi=
nuit/alteri vires iungit. Et panis
qui vitam fortium roborat: paruu
lorum necat. Pro qualitate au=
dientium formari debet sermo do
ctórum: vt ad sua singulis congru
at: ⁊ tamen a communis edificatio
nis arte nũq̄ recedat. Quid enim
sunt intente mentes auditorum:

nisi quasi quedam in cithara tensiões stricte cordarum. Quas tangendi artifex: vt non sibimetipsi dissimile canticum faciat: dissimiliter pulsat. Et idcirco corde consono modulationem reddit: quia vno quidem plectro: sed non vno impulsu feriuntur. Unde ꝛ doctor quisqꝫ vt in vna cunctos virtute caritatis edificet: ex vna doctrina non vna eademqꝫ exortatione tãgere corda audientium debet. Habemus vero aliud ꝙ de huius galli intelligentia cõsiderare debeamus: quia ꝓfundioribꝰ horis noctis valẽtiores ac ꝓductiores edere cantus solet: cum vero matutinum iam tempus appropinquat leuiores ꝛ minutiores omnimodo voces format. In quibus galli huius intelligentia quid nobis insinuat cõsiderata predicatorum discretio demonstrat: qui cum iniquis adhuc mentibus predicant altis ꝛ magnis vocibus eterni iudicis terrores intimant: quia videlicet quasi ĩ profunde noctis tenebris clamant. Cum vero iam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt clamoris sui magnitudinem in leuitatem dulcẽ vertunt: ꝛ non tam illa que sunt de penis terribilia: ꝙ ea que sunt blanda de premijs proferunt. Qui etiam tunc minutis vocibus cantant: quia propinquante mane subtilia quecqꝫ de misterijs predicãt: vt sequaces sui eo minutiora quecqꝫ de celestibus audiant quo luci veritatis appropinquant ꝛ quos dormientes longus galli clamor excitauerat vigilantes succisior delectet: quatinus correcto cuilibet cognoscere de regno subtiliter dulcia libeat qui prius de iudicio aduersa formidabat. Est adhuc aliud in gallo sollerter intuendum: quia cum iam edere cantus parat: prius alas excutit ꝛ semetipsum feriens vigilãtiorem reddit. Quod patenter cernimus: si sanctorum predicatorum vitam vigilanter videamus. Ipsi quippe cum verba predicationis mouent prius se in sanctis actionibus exercent: ne in semetipsis torpentes opere alios excitẽt voce: sed ante se per sublimia facta excutiunt ꝛ tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis se metipsos feriunt: quia quicquid in se inutiliter torpet sollicita inuestigatione deprehendunt/ districta animaduersiõe corrigunt. Prius sua punire fletibus curant: ꝛ tunc que aliorum sunt punienda denunciant. Prius ergo alis insonant ꝙ cantus emittant: qꝛ anteꝙ verba exhortationis proferant/ omne ꝙ locuturi sunt: operibus clamant. Et cum perfecte in semetipsis vigilant: tunc dormientes alios ad vigilias vocant. Sed vnde hoc tãta doctori intelligentia: vt ꝛ sibi ꝑfecte vigilet. ꝛ dormientes ad vigilias sub quibusdam clamoris profectibus vocet: vt et peccatorum tenebras prius caute discutiat: et discrete postmodum lucem predicationis ostendat: vt singulis iuxta modum ꝛ tempora congruat: ꝛ simul omnibus que illos sequatur ostendat. Unde ad tanta et tam subtiliter tenditur: nisi intrinsecus ab eo a quo est conditus doceatur Quia ergo laus tante intelligentie: non predicatoris virtus est: sed auctoris recte per eundem auctorem dicitur. Quis dedit gallo intelligentiam. Ac si diceret nisi ego qui doctorum mentes quas mire ex nichilo condidi ad intelligẽda que occulta sunt mirabiliter instruxi.

Capitulum Sextum. De Gallina.

¶ In scriptura sacra Galline nomine aliquando sapientiã dei denotat.



Alline noīe a pientia dei desi gnatur sicut ꝑ ipsam ĩ euãge lio dici tur ihe- rusalez iherusalem que occidis prophetas quotiens volui congregare filios tuos ꝙadmodũ gallina pullos su os sub alas et noluisti. Non est in iuriosum nomen galline. Atten- dite ceteras aues. Multe aues ante nos fetant: calefaciunt pullos suos: nulla sic auis infirmatur cũ pullis quomodo gallina. Hirundi nes: anseres: et ciconias videmus extra nidos suos nec cognoscimus vtrum fetus habeant. At vero gal linam cognoscimus in infirmitate vocis ⁊ in relaxatione plumarum Tota mutatur affectu pullorum quia infirmi sunt infirmam se facit Quia ergo et nos infirmi eramus infirmam se fecit sapientia dei: qꝛ vt scribit Johannis primo. Uerbũ caro factum est: et habitauit in no bis. Et vidimus gloriam eius glo riam quasi vnigeniti a patre ple- num gratie ⁊ verita. vt sub alis eius speremus.

Math. xxiij.

¶ Capitulum Septimum. De Gallo.

¶ In scriptura sacra coruino mine: aliquando gentilitas intelligitur: aliquando plebs iudaica: aliquando quilibet predicator.



Orui no mie gentili tas in- telligi tur: vn de ad beatuz iob do mino ĩ terro- gãte dicitur. Quis preparauit cor uo escam suam quando pulli eius ad dominum clamant vagantes eo ꝙ non habeant cibos. Quid enim coruus pullorumqꝫ eius no- mine: nisi peccatis nigra designa- tur gentilitas. De qua per prophe tam dicitur. Qui dat iumentis es- cam ipsorum: et pullis coruorum inuocantibus eum. Jumenta quip pe escam accipiũt: dum sacre/sacre pabulo mentes dudum brute sa- tiantur. Pullis vero coruorum fi lijs solis gentium esca datur: cũ eo rum desiderium nostra conuersa- tione reficitur. Iste coruus esca fuit dum ipsum sancta ecclesia que reret: sed nunc escam accipit: quia ipse ad conuersationem alios ex- quirit. Cuius videlicet pulli id est predicatores ex eo editi: non in se presumunt: sed in iuribus redem- ptoris sui. Unde bene dicit. Quan do pulli eius ad dominum clamãt Nichil enim sua virtute posse se sciunt: et quãuis animarum lucra pijs votis esuriant: ab illo tamen qui cuncta intrinsecus operatur: hec fieri exoptant. Uera enim fide cõprehẽdunt: qꝛ sicut expsse apłus scribit prima Ad chorinth. tertio neqꝫ qui plãtat est aliquid neqꝫ qui rigat: sed qui ĩ crementũ dat deꝰ. ¶ Quod vero dictum est vagan- tes eo ꝙ non habeãt cibos in hac vagatione nichil aliud ꝙ estuanti um predicatorum vota signantur qui dum in ecclesie sinum recipere

Job xxxviij.

Ps. cxlvi

populos ambiunt: magno ardore succensi: nunc ad hos nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. Quasi quedam quippe vagatio est: ipsa cogitationis estuatio. Et velut ad loca varia mutatis nutibus transeunt: dum pro adunādis animabus ī modos in numeros in partes diuersas esuriente mente discurrunt.

Potest corui nomine nigra p infidelitatis meritum plebs iudaica designari. Nam pulli eius ad dominū clamare referuntur: vt eidem coruo a domino esca prepararetur: qꝛ nimirū sancti apl'i plebis israelitice carne generati dum pro gente sua p̄ces ad dominum fundūt: q̄si pulli coruorū eum de qua carnaliter editi sūt spirituali intelligētia parentē populū pauerunt. Igitur dū pulli eius clamant esca coruo preparatur: qꝛ dum apostoli exorant plebs dudum perfida ad cognitionem fidei ducitur ꝛ ex p̄dicatione filiorum quasi ex pullorū voce satiatur. Illud tamen in hoc versu debemus sollerter intueri q̄ huic coruo dicitur esca primū pullis clamantibus ꝛ postmodum vagantibus preparari. Clamantibus namq̄ pullis coruo esca preparata est: cum predicantib⁹ apostolis verbum dei iudea audiens mō in tribus milibus mō in quinq̄ milib⁹ spirituali est intelligentia satiata. Sed cū per reproborum multitudinem: crudelitatem suam contra predicantes exerceret ꝛ quasi pullorum vitam necaret: idem pulli ī vniuersa mundi parte sunt dispersi Unde ꝛ eisdem carnalibus patribus spirituali predicationi resistentibus dicūt. Uobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qꝛ repellitis illud ꝛ indignos vos iudicatis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes scientes profecto q̄ postq̄ gentilitas crederet: etiam iudeam ad fidem veniret. Unde scriptum est. Donec plenitudo gentium introiret: et sic omnis israel saluus fieret. Quia igitur summopere sācti apostoli ꝛ studuerunt prius audientibus predicare ꝛ postmodū resistentibus exempla conuerse gētilitatis ostendere: quasi esurientes pulli huic coruo escam suam ꝛ prius clamando ꝛ postmodum vagando quesierunt. Unde enim vagantur pulli inde escam coruus inuenit: quia dum per laborem predicantium conuersam ad dominū gentilitatem iudaicus populus respicit: ad extremum quoq̄ stulticiam sue erubescit infidelitatis: et tunc scripture sacre sententias intelligit. cum prius q̄ sibi eas gentibus innotuisse cognoscit: atq̄ ex p leta vagatione pullorum: ad percipienda sacra eloquia os cordis aperit: quia peractis in mundum cursibus apostolorum ea sero spiritualiter percipit: a quibus diu perfidia se stringente ieiunauit. Que qꝛ omnia solius diuine potentie virtus operatur recte dicitur. Quis preparauit coruo escam suam quando pulli eius ad dominū clamant vagantes eo q̄ non habeāt cibos: subaudi nisi ego qui infidelem populum filiis suis exhortantibus tolero et predicantibus parco atq̄ ad alia vagantibus conuertendum in fine sustineo.

Est adhuc aliud q̄ de coruo moraliter possit intellligi. Et dicis nāq̄ pullis vt fertur escam plenum prebere dissimulat prius q̄ plumescendo nigrescant. Eosq̄ in edia affici patitur/ quo ad vsq̄ in illis per pennarum nigredinem sua similitudo videatur.

Qui huc/ illucq̄/ vagantur: in


nido: et ciborum expetunt aperto ore subsidium. At cũ nigrescere ceperint tãto eis prebendo alimẽta ardentius requirit: quãto illos alere diutius distulit. Coruus pfecto est dictus quisq predicator: qr magna voce clamat dum peccatorum suorum memoriã atq cognitionem infirmitatis proprie quasi quãdam coloris nigredinem portat. Cui quidem nascuntur in fide discipuli: sed fortasse adhuc considerare infirmitatẽ ppriam nesciũt fortasse a peccatis pteritis memoriam auertunt: et p hoc eam qua ad sumi oportet contra huius mundi gloriam humilitatis nigredinem nõ ostendunt. Hij velut ad accipiendas escas os aperiunt: cũ doceri de secretis sublimibus querũt Sed eis doctor suus alimenta pdicamentorum sublimiũ tanto minus tribuit quãto illos peccata preterita minus digne deflere cognoscit. Expectat quippe atq admonet: vt a nitore vite presentis prius per penitentie lamenta nigrescant: et tunc demũ congrua predicationis subtilissime nutrimenta percipiãt. Coruus in pullis ora inhiantia respicit: sed ante in eis pennarum nigredine indui corpus querit: et discretus doctor interna misteria eorum sensibus non ministrat: quos adhuc ab hoc seculo nequaq se abiecisse cõsiderat. Quãto igitur discipuli exterius p cultum vite presentis minus quasi nigrescunt: tanto per cibum verbi interius minus replẽtur. Et quo se a corporali gloria non auacuant: eo ab spirituali refectione ieiunant. Si vero in cõfessione vite preterite lamenti sui gemitus velut nigrescentes plumas pferũt: ilico in contemplationem doctor ad escam de sublimibus deferendam quasi pullorũ refectionem cogitans coruus volat Qui eis hiantibus in ore cibum reuocat: dum ex ea intelligentia qua ceperit esurientibus discipulis alimenta vite loquẽdo subministrat Quos tãto ardentius de supernis reficit: quãto verius a mundi nitore nigrescere penitentie lamẽtatione cognoscit. Pulli autẽ dum nigro se pennarũ colore vestiunt: de se etiam volatum permittũt: quia quo magis discipuli abiecta de se sentiunt q magis sese despiciẽtes affligunt: eo amplius spẽ puectus sui in altiora pollicentur. Unde et curat doctor festinanti alere: quos iam per quedam indicia puideri posse et aliis pdesse. Hinc enim thimotheũ Paulus admonet velut plumescentes pullos sollicitius nutrire dum dicit. Que audisti a me per multos testes hec commenda fidelibus hominibus: qui idonei erunt: et alios docere. Cui doctrine discretio dum caute a predicatore custoditur: ei diuinitus largior copia predicationis datur. Dum enim per caritatem compati afflictis discipulis nouit dum per discretionem congruum doctrine tẽpus intelligit: ipse non solum p se: sed etiam pro eis quibus laboris sui studia impendit: maiora intelligentie munera percipit. Unde hic aperte dicit. Quis parauerat coruo escã suam: quando pulli eius clamant vagantes eo q non habeãt cibos. Cum enim pulli vt satientur clamant coruo esca pparatur: quia dum verbum dei boni auditores esuriunt pro reficiendis eius maiora doctoribus intelligẽtie dona tribuuntur.

Coruorum nomine sancti predicatores designãtur sicut per salomonem dicitur. Oculum qui subsannat patrem et qui despicit partum matris sue: effodiant illum corui de torrentibus. Peruersi quiq dum diuina iudicia deprehendunt subsãnãt pverb. xxx.

patrem. Et quilibet heretici dum
sancte ecclesie predicationem fecū
ditatēq; illius deridendo contem=
nunt: quid aliud ꝙ partum matris
despiciunt. Quā nō immerito eo=
rum quoq; matrem dicimus: quia
de ipsa exeunt qui cōtra eam loquū
tur iohāne attestante qui ait. A no
bis exierūt: sed non erant ex nobis
Nam si fuissent ex nobis perman=
sissent vtiq; nobiscum. Corui vero
de torrētibus veniunt: cū predicato
res viri ad deffensionem sancte ec=
clesie a sacrorū librorū fluentis ꝓ
cedunt. Qui recte etiam corui vo
cati sūt: q2 nequaꝙ de iusticie luce
superbiunt: sz per humilitatis gra
tiam peccatorum in se nigredinem
confitentur. Unde etiā ab electo=
rum ecclesia dicitur. Nigra sum sz
Job. i. formosa. f. i. Et iohānes ait. Si di=
ximus: q2 peccatū. n. h. i. n. s. Qui
videlicet corui subsannantis oculū
effodiunt: q2 prauorum ac per me
atū hominum in tentationem vin
cuntur.

Capitulum. VIII. De strutione

In scriptura sacra structio
nis nomine: aliquando quili=
bet ypocrita: aliquando syna
goga: aliquando gentilitas:
aliquando ypocrisis designat



trutio=
nis no=
mīe hi
pocri=
ta desi=
gnatur
sicut vo
ce dñi=
ca ad
Job. xxx. beatuz
Job di
citur. Penna structionis simul est
penne herodij & accipitris. Quis
herodium & accipitrē nesciat aues
reliquas quanta volatus sui veloci
tate transcēdant. Strutio vero pē
ne eorum similitudinē habent: sed
volatus eorum celeritatē nō habēt
A terra quippe eleuari non valet:
& alas quasi ad volatum spētenus
erigit: sed tamen nūꝙ se a terra vo
lando suspendit. Ita nimirū sunt
omnes hypocrite ꝗ dum bonoruz
vitā simulant imitationē sancte vi=
sionis habent: sed veritatem sancte
actionis nō habent. Habent quippe
volandi pennas per speciē: sed in
terra repunt ꝑ actionem: q2 alas ꝑ
figuram sanctitatis extendunt: sed
causarū secularium pondere ꝑgra
uati: nullatenus a terra subleuant.
Unde & spēm phariseorum repro=
bans dominus quasi strutionis pē
nam redarguit: que in opere aliud
exercuit & in colore aliud ostendit
dicens. Ue vobis scribe & pharisei
hypocrite: quia similes estis sepul
cris dealbatis que foris quidē ap=
parent hominibus spēsa: intus aūt
sunt plena ossibus mortuorū. Ita Math
& vos apparetis hominibus iusti. xxiij.
interius aūt pleni estis auaritia & ī=
quitate. Ac si diceret. Subleuare
vos videt spēs pēne: sed in infimis
vos deprimit pōdus vite. De quo
pōdere per ꝓphetam dicitur. Filij
hominum vsquequo gra. c. Habe= ps. iiij.
mus adhuc ꝙ in consideratiōe stru
tiōis huius de accipitre & herodio
attentius perpendamus. Accipi=
tris quippe et herodij parua sunt
corpora: sed pēnis densioribus ful
ta. et idcirco cum celeritate trāsvo
lant: quia eis parē īest ꝙ aggrauat
multum ꝙ leuat. At cōtra strutio
raris pennis induitur & immani cor
pore grauatur: vt & si volare appe
tat ipsa pennarum paucitas molē
tati corporis in aera non suspendat
Bene in herodio & accipitre electo
rum persona signatur qui ꝙdiu in
hac vita sunt: sine ꝙtulocunq; cul=
pe cōtagio esse nō possunt. Sed cū
eis parē quid īest ꝙ deprimit: mul
ta virtus bone actionis suppetit ꝗ

filios in superna sustollit. At cōtra hypocrita: et si facit pauca que eleuent: perpetrat multa q̄ grauent. Neq; nulla bona agit ypocrita: sed quib9 ea ipse deprimat mistica per uersa cōmittit. Pauce ergo penne et corpus structionis non subleuat: qui paruum bonū hypocrite multitudo praue actionis grauat. hoc quoq; ipsa strutionis penna ad pennas herodij et accipitris similitudinem coloris habet: virtutis vero similitudinē non habet. Illorū namq; concluse et firmiores sunt et volatu aerem premere virtute sue soliditatis possunt. At contra strutionis penne dissolute: eo volatum sumere nequeunt: quo ab ipso q̄ premere debuerant aere transcenduntur. Quid ergo in hijs aspicimus nisi q; electorum virtutes solide volant: vt ventos humani fauoris p̄mant. Hypocritarum vero actio q̄libet recte videatur volare non sufficit: q2 videlicet fluxe virtutis pēnam humane laudis aura p transit. Sed ecce cum vnū eūdēq; bonorum malorum q2 habitū cernimus cū ipsam in electis ac reprobis professionis speciē videmus vnde intelligentie nostre suppetat: vt electos a reprobis et a falsis veros comprehēdendo discernat. Quod tamen citius agnoscimus si intemerata in memoriam preceptoris nostri verba signamus qui ait. Ex fructibus eorum cognoscetis eos.


Potest autem strutionis nomine synagoga designari que alas legis habuit: sed corde in infimis repēs nunq̄ se a terra subleuauit. Per herodium vero et accipitrē antiqui patres exprimuntur: q̄ ad ea que intelligenda perspicere valuerunt etiam viuendo volare. Penna igitur strutionis simul est penne herodij et accipitris: quia synagoge vox priorū doctrinā loq̄ñ tenuit: sed viuendo nesciuit. Unde eiusdē synagoge populos de phariseis ac scribis veritas admonet dicens. Super cathedrā moysi sederūt scribe et pharisei. o. q. d. v. f. vel opera vero eorum nolite facere.

Strutionis nomine gentilitas designatur: sicut conuersurum se eam dominus pollicetur cū per prophetam diceret. Glorificabit me bestia agri dracōes et struti ones. Bestia namq; agri. i. dracones et strutiones dominū glorificāt cū fidem q̄ in illo est: ea que in hoc mundo dudum mēbrum diaboli fuerat gētilitas exaltat. quē et ppt maliciam draconum nomine exprobrat: et ppter ypocrisim vocabulo strutionum vocat. Quasi enim pēnas accepit gentilitas: sed volare non potuit que et naturā rationis habuit: et actionem rationis ignorauit.

Strutionum nomine ipsa hypocrisis designatur: vnde bene contra peruersam mentem sub iudee spē per ysayam dicitur. Erit cubile draconum et pascua strutionum. Quid namq; per dracones: nisi malicia. et quid strutionum nomine: nisi ypocrisis designatur. Strutio quippe speciē volandi habet: sed vsum volandi non habet: quia ypocrisis cunctis intuentibus imaginem de se sāctitatis insinuat sed tenere vitam sanctitatis ignorat. In peruersa igitur mente draco cubat: et strutio pascitur: quia latens malicia calide tegitur: et intuentium oculis simulatio bonitatis antefertur.

¶ Capitulum. VIII. De accipitre

¶ In scriptura sacra accipitris nomine: aliquando sanctus quilibet intelligitur.



Ccipitris nomie sãctus ꝙ libꝫ de signatꝰ vñ beatus iob domica voce iterrogatur cũ dicitur. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum. Quia per annos singulos pēnam veterem accipiter noua tascente ꝑiciat ac sine intermissiõe plumescat pene nullus ignorat. Non autem hic illud plume tempus dicitꝰ quo in nido vestitur: qꝛ tunc nimirũ adhuc videlicet pullꝰ ad austrũ alas expandere non valet: sꝫ illa annua pluma describitur que laxata vetere penna renouatur. Et quidē domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant munita ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus vero moris est: vt flante austro alas expandant: quatinus eorũ mēbra ad laxandum pēnam veterem venti tepore concalescant. Cũ vero ventus deest alis contra radiũ solis expansis atq; percussis: tepē tem sibi aurã faciunt. Sicq; apertis poris vel veteres exiliunt: vel noue succrescũt. Quid est ergo accipitrē in austro plumescere: nisi ꝙ vnusquisq; sanctorum tactus flatu sancti spiritus conualescit: ꝛ vsum vetuste conuersationis abijciēs noui hominis formam sumit. Quod paulus admonet dicens. Expoliantes vos veterem hominem cũ actibus suis. Et rursum licet is qui foris est noster homo corrũpitur tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Uetustam autem pēnam ꝓicere est: inueterata studia dolose actionis amittere. Et nouã pēnam sumere: est mitē ac simplicem bene viuendo sensum tenere. Pēna nāq; veteris conuersatiõis grauat: ꝛ pluma noue imutationis subleuat: vt advolatum tãto leuiorem ꝙto nouiorem reddat. Et bene accipitꝰ expandit alas suas ad austrum. Alas quippe nostras ad austrum expandere est: per aduentũ sancti spiritus nostras confitendo cogitationes aperire: vt iam nõ libeat defendendo nos tegere: sed accusando publicare. Tunc ergo accipitur plumescit cũ alas suas ad austrum expanderit: qꝛ tũc se vnusquisq; virtutum pēnas induit cum sancto spiritui cogitatiões suas cõfitendo substernit. Qui enim vetera fatendo nõ detegit: noue vite opera minime ꝓducit. Qui nescit lugere ꝙ grauat: nõ valet proferre ꝙ subleuat. Ipsa nāq; compũctionis vis poros cordis aperit: ꝛ plumas virtutum fundit. Cunq; se studiose mens de pigra vetustate redarguit: alacri nouitate iuuenescit. Dicatur ergo beato Job. Nunqd per sapientiã tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum. Id est: nunquid cuilibet electo tu intelligentiam cõtulisti: vt flante spiritu sancto cogitationum alas expandat quatinus pondera vetuste conuersatiõis abijciat ꝛ virtutum plumas in vsum noui volatus sumat. At hinc videlicet colligat quia vigilantiam sensus in semetipso ex se non habet qui hanc ex se conferre alijs nequaꝙ valet.

Capitulum.X. De Herodio.

In scriptura sacra herodij nomine electorum persona intelligitur.

Erodij nomine vel accipitris electorum persona intelligitꝰ vnde ad beatum Job a domio dicitꝰ. Pēna strictiõis simul est pē

ne herodij ꝛ accipitris. Accipitris quippe ꝛ herodij parua sunt corpa sed pēnis dēsioꝛib⁹ fulua idcirco cū celeritate transuolant quia eis paꝝ inest ꝙ grauat: multū ꝙ leuat. Bene ergo in herodio et accipitre electorum persona signatur: quia ꝙ̃diu in hac vita sunt: sine ꝙ̃tulocunqꝫ culpe cōtagio esse non possunt. Sꝫ cum eis paꝝ quid inest quod deprimit multa virtus bone actionis suppetit: q̄ illos in superna sustollit herodij nāqꝫ et accipitris pēne con clu se ꝛ firmiores sunt et ideo volatu aerem premere virtute sue soliditatis possunt: sic et electoꝝ virtutes solide volant vt ventos humani fauoris premāt.

Cap.XI. De Miluo.

In scriptura sacra milui nomīe: diabolus intelligitur.



Milui nomīe diabol⁹ designat: quod zacharia propheta testāte cognoscim⁹ q̄ visionē suam describens ait. Et leuaui oculos meos et vidi: et ecce due mulieres egredientes et spiritus in alis eaꝝ: et habebāt alas quasi alas milui. Quid enim in hijs duabus mulieribus accipimus: nisi duo pricipalia vicia superbiam videlicet: ꝛ vanam gloriam: quē impietati absqꝫ illa dubitatione coniuncta sunt. Que et in alis suis spiritum habere narrantur: quia in actib⁹ suis sathane voluntati deseruiunt. Ipsum ꝗ̄ppe spiritum appellat. De quo Salomon ait. Si spūs potestatem habentis ascenderit super te: locū tuum ne dimiseris. Et de quo in euangelio dominus dicit. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat ꝑ loca arida et ī aquosa. Spiritus ergo in alis earum est: qꝛ supbia et inanis gloria. per omne ꝙ agunt sathane voluntati famulātur Et habebant alas quasi alas milui Miluus semper nature studet insidiari pullorum. Iste ergo mulieres alas habēt quasi alas milui: qꝛ actiones earum diabolo proculdubio sunt similes qui insidiatur semper vite paruulorum.

Cap.XII. De Passere.

In scriptura sacra passeris noīe: christus intelligitur.



Passeris nomine: christ⁹ intelligit: sicut ꝑ Psalmistaꝫ dicit. Et enī passer inuenit sibi domuꝫ: et turtur n.s.vbi.r.p.s. Quis enim alius ꝑ passereꝫ: nisi redemptor noster: et quid per turturem nisi sancta ecclesia exprimitur. Iam autem passer sibi inuenit domuꝫ: quia eternum celi habitaculum redemptor noster ītrauit. Et turtur inuenit nidum: qꝛ sancta ecclesia amore conditoris affecta crebris gemitibus vtitur: ꝛ velut nidum sibi. i. pacatissimaꝫ fidei quietā cōstruit: ī q̄ crescentes filios quasi plumescentes pullos quousqꝫ ad supiora euolet caritatis gremio calefactos fouet.

Cap.XIII. De Vulture.

In scriptura sacra vulturis noīe: xp̄s intelligitur.

Vulturis nomine: redēptor noster intelligitur sicut per beatuꝫ iob de iudeorum pp̄lo dr̄. Semitam ignorauit auis: nec ītuitus

est oculos vulturis. Quis eniz hoc
loco auis nomine nisi ille signatur:
qui corpus carneū ꝙ assumpsit ascē
dendo ad ethera librauit. Qui a=
pte quoqꝫ ēt vulturis appellatione
exprimitur. Uultur quippe dum vo
lat si iacens cadauer cōspicit: ad esū
se cadaueris deponit. Et pleru mqꝫ
sic in morte capitur duz ad mortu=
um animal de summis venit. recte
ergo mediator dei et hominum re
demptor noster vulturis appella=
tione signatur: qui manens in alti=
tudine diuinitatis sue quasi quodā
volatu sublimi cadauer mortalita
tis nostre conspexit in infimis: et se
se de celestib⁹ ad ima submisit. Fer
ri quippe propter nos homo digna
tus est. Et dum mortuuz animal pe
tijt: mortem apud nos qui apud se
erat immortalis inuenit. Sed hui⁹
vulturis oculus: fuit ipsa intentio
nostre resurrectionis: quia ipse ad
triduū mortuus ab eterna nos mor
te liberauit. Ille ergo perfidus iu=
deorum populus mortalem vidit:
sed quomodo morte sua: mortem
nostrā destrueret minime attendit.
Conspexit quidem vulturem: sed
oculos vulturis non aspexit: qui dū
humilitatis eius vias ⁊ quibus nos
ad alta subleuauit considerare no=
luit: semitam auis ignorauit. Neqꝫ
enim pēsare studuit. ꝙ eius nos hu
militas leuaret ad celestia et mor=
tis eius intentio reformaret ad vi=
tam. Semitam igitur ignorauit a=
uis nec intuitus est oculos vulturis
quia etsi vidit eum quem in morte
tenuit. videre noluit ꝙ̄ta vite no=
stre gloria de eius morte sequere=
tur.

¶ Cap. XIIII. De Musca.

¶ In sacra scriptura musca=
rum nomine: insolentes cu=
re designātur.



Uscarū
nomie
insolen
tes cu=
re desi=
deriorꝫ
carna=
liuz de
signāt.
sic ē scri=
ptū est
Musce morientes perdunt suauita
tem vnguenti. Quia nimirum sup=
flue cogitationes que assidue in ani
mo carnalia cogitante: et nascuntur
et deficiunt eam suauitatem q̄ vnus
quisqꝫ intrinsecus per spiritum vn=
ctus est perdūt: quoniam integrita
te eius perfrui non permittuntur.
Hinc est: ꝙ egypt⁹ multitudine mu
scarum percussa legitur. Quo con=
tra israeliticus populus custodiam
sabbi accepit in munere. Quid enī
in hac vita laboriosius quē terrenis
desiderijs estuare: Aut q̄d hic quie
tius quē huius seculi nichil appete
re. Popul⁹ ergo qui deū sequitur
accepit sabbatuz. i. requiem men=
tis: vt nullo in hac vita desiderioꝝ
carnalium appetitu fatigetur. Egy
ptus vero que huius mundi speciē
tenet muscis ꝑcutitur. Musca eniz
nimis insolens et inquietum est a=
nimal: in qua quid aliud quē inso=
lentes cure desideriorum carnaliuz
designatur. Egyptus ergo muscis
percutitur: quia eorum corda qui
terrenam vitam diligunt desiderio
rum suorum inquietudinibus feri=
untur: turbis cogitationum carna=
lium ad ima depressa sunt: vt ad q̄e
tis intime desiderium non leuentur
Unde cuz mira ope pietatis ad cor
veritas venit: pri⁹ ab eo cogitatio=
num carnalium est⁹ eijcit: et post ī
eo virtutum dona disponit. Quod
bene nobis sacri euangelij hystoria
innuit: in qua dum ad resuscitandā
filiam principis si nō inuitat⁹ domi

nus duceretur: protinus additur. Et cũ eiecta esset turba intrauit et tenuit manum puelle et surrexit puella. Foras ergo turba eiicit vt puella suscitaretur: quia si nõ prius a secretioribus cordis expellitur importuna secularium multitudo curarũ anima que intrinsecus iacet mortua non resurgit. Nam dum se per innumeras terrenorum desideriorũ cogitationes spargit: ad consideratio nem sui nullatenus colligit.

¶ Incipit liber tertius.

¶ De iumentis.	Cap.i.
¶ De equo.	ij.
¶ De asino.	iij.
¶ De asina.	iiij.
¶ De camelo	v.
¶ De animalibus.	vi
¶ De boue	vij.
¶ De vacca.	viij.
¶ De vitula.	ix.
¶ De tauro	x.
¶ De vitulo.	xi.
¶ De canibus	xij.
¶ De arietibus.	xiij.
¶ De ouibus	xiiij.
¶ De agna.	xv.
¶ De bestijs.	xvi
¶ De leone.	xvij
¶ De leena.	xviij.
¶ De tygride.	xix
¶ De pardo.	xx.
¶ De lupo.	xxi.
¶ De onagro.	xxij.
¶ De onocentauris.	xxiij
¶ De rinocerote.	xxiiij
¶ De vehemoth.	xxv.
¶ De serpẽtibus.	xxvi.
¶ De drachone.	xxvij.
¶ De colubro.	xxviij.
¶ De regulo.	xxix
¶ De vipera.	xxx.
¶ De aspide.	xxxi
¶ De reptilibus	xxxij
¶ De vermibus	xxxiij
¶ De tinea.	xxxiiij.
¶ De eruca.	xxxv.

¶ Capitulum primum. De Jumentis.

¶ In scriptura sacra iumentorum noĩe aliquando sancta ecclesia vel fidelis anima. aliquãdo quilibet sub disciplina positus. aliquando carnales homines. aliquando mentes dudum brute sed conuerse. aliquando seculi implicamenta. aliqñ sensu tardiores intelligũtur.



Umenti nomine: sancta ecclesia vel fidelis anima designatur. vnũ redemptor noster in iumento sedens Hierusalem tendit. Saluator enim noster iumento sedens Hierusalem tendit. cum sancte ecclesie vniuersaliter presidet: eãq; in supne pacis desiderium accendit Jumentum etiã sedens Hierusalem tendit: quando vniuscuiusq; fideles animam regẽs videlicet iumentuz suum: ad pacis intime visionem ducit.

Iumenti nomine: quilibz sub disciplina posit⁹ desi gnat: sicut per psalmistã dr̃. Ut iumẽtũ fa. suz apd te: ego sp tecũ .i. Quãuis isensatis animalibus homo longe sit melior hoc tñ plerisq; homini non lz q̃ brutis aĩalibus licet. Que enim ad aliud minime seruantur: eorum mo'tus proculdubio nequaq̃ sub disciplina restringitur. Homo autem q2 ad sequentem vitam ducitur. necesse est profecto vt in cunctis suis motibus sub discipline dispositione religetur: et quasi domesticum animal loris vinctum seruiat atq; certis dispositionib⁹ restrictũ viuat. Qui

vero ĩplere cuncta q̄ desiderat ꝑ effrenatã libertatẽ querit:quid aliud q̃ ẽ agresti aĩali esse simul concupiscit:vt discipline hunc lora non teneant:sed audenter vagus per siluam desideriorũ currat. Sepe autem diuina miseratio quos ꝑdire in effrenationem illicite libertatis cõspicit obiectiõe prospere aduersitatis frãgit:quatinus elisi discãt quẽ reproba erectione tumuerant:vt iam flagelli experimẽtis edomiti quasi iumenta domestica preceptorum loris mentis colla subijciãt:et vite p̄sentis itinere ad nutũ presidentes ꝑgant. Quibus bene loris ligatũ se nouerat qui dicebat. Ut iumentuz factus.s.a.t.⁊.e.s.t. Unde et seuus ille persecutor:ab agro perfide voluptatis ad domũ fidei deductꝰ rectoris sui calcaribus punctus audiebat. Durum est tibi contra stimulũ calcitrare.

Jumentorum nomĩe carnales homines designantur: sicut ꝑ prophetam dicitur. Cõputruerũt iumenta in stercore suo. Jumenta q̄ppe in stercore suo computrescete est carnales homines in fetore luxurie vitam finire.

Jumentorum noĩe:mentes dudũ brute designantur:sicut per prophetaz Ps.cxlvi dicitur. Qui dat iumentis escam ipsoꝝ:⁊.p.c.in.e. Jumenta quippe escam accipiunt:dum sacre scripture pabulo mentes dudũ brute satiantur.

Jumentorum quoꝫ nomine: seculi implicamenta designãt̃ vñ apud Moysen filij rubeti ⁊ gad ⁊ dimidia tribꝰ manasse multa pecora et iumenta presidentes dũ extra iordanẽ ea que viderant campestria cõcupiscũt:dixerũt. Terra quẽ percussit dominus in cõspectu filiorum israel regionis vberrime ẽ: ad pastum animalium:et nos serui tui habemus iumẽta plurima. Precamurꝫ si inuenimus gratiaz coram te. vt des nobis famulis tuis eaz in possessionem:nec facias nos transire iordanem. Qui igit̃ iumenta plurima possidẽt iordanẽ transire refugiunt:quia quos multa mundi ĩplicamenta occupant habitationẽ celestis patrie non requirũt.

Jumentorum nomĩe sensu tardiores ĩtelligũtur.sicut ꝑ beatum Job dicitur. Interroga iumẽta et docebunt te:volatilia celi et indicabunt tibi:loquere terre ⁊ respõdebit tibi:et narrabunt pisces maris. Quid per iumẽta nisi sensu tardiores:quid ꝑ celi volatilia nisi sũma atꝫ sublimia sapientes intelligere debemꝰ. De iumẽtis nanꝫ:id est sensu pigrioribus scriptũ ẽ Aĩalia tua habitabunt in ea. Et q꞉ sublimia sapientes in verbis nostri redẽptoris euolant scriptum est. Ita vt volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Quid vero per terram nisi terrena sapiẽtes accipimus. Uñ ⁊ primo hoĩ celestia deserenti dictũ est.terra es:⁊ in terram ibis. Quid per pisces maris nisi curiosos huiꝰ seculi debemus accipere. De quibꝰ Psalmista ait. Pisces maris q̄ per po.viii ambulãt semitas eius. Qui in magnis rerum inquisitionibus quasi ĩ abditis fluctibus latent. Quid aũt cũcta h̾ ĩq̄sita doceãt adiũgit. Quis ignorat q̄ oĩa h̾ manꝰ dñi fecerit. ac si apte dicat. Siue sensu tardiores siue sublimia sapiẽtes siue frenis actibus deditos:siue huiꝰ mũdi inq̄sitiõibꝰ occupatos req̄ras:cuncta hũc creatorẽ dñm deũ fatent̃: ⁊ de ꝑtãte eius corditer sentiũt:q̄uis sub ea cõcordit̃ nõ viuãt. Ad ei iustꝰ q̄sq̄ ẽt viuẽdo loq̄t̃ h̾ iniustꝰ plerũq̄ de deo vel sola voce compellit̃ fateri. fitꝫ vt mali auctori omnium cuius operibus resistunt attestatione famulentur:quia quẽ impugnare moribus ausi sunt: creatorem omnium negare non possunt.

Cap.II.De Equo.

In scriptura sacra equi nomine: aliquando lubrica vita prauorũ ali quando dignitas temporalis.aliqñ hoc ipsum presens seculũ.aliqñ preparatio recte intentionis.aliquãdo quilibet sanctus predicator:aliquãdo electorum corpa designãtur.



Equi nomie: lubrica prauorꝝ vita signatur. sicut scriptũ est.
po.xi. Nolite fieri sicut equ⁹ et mul⁹ quib⁹ nõ est intellect⁹.Et sic p prophetã aliũ dicitur. Equi amatores et emissarij facti sunt:vnusquisqꝫ ad vxorẽ ꝓximi sui hinniebat.

Equi nomie:dignitas temporalis accipit Salomone attestante qui ait.Uide seruos in equis et principes ambulantes quasi seruos super terram. Omnis quippe qui peccat seruus est peccati.Et serui in equis sunt dũ peccatores p̃sentis vite dignitatibus efferunt. Principes vero quasi serui ambulãt cuz multos dignitate virtutuz plenos nullus honor erigit : sed summa h adversitas velut indignos deorsuz premit.Hinc rursum dicit.Dormitauerunt qui ascenderũt equos.Id est in mortem anime mentis oclos a veritatis luce clauserũt: q̃ in p̃sentis vite honore confisi sunt.

Equi nomine hoc ipsum presens seculum designatur:sicut Jacob voce dicit. Fiat dan coluber in via cerastes in semita mordẽs vngulas equi vt cadat ascensor ei⁹ retro.Quo ĩ testimonio quid equus significet melius ostendimus : si et ea que circũstant paulo subtili⁹ exponamus.Nonnulli enim de tribu dan venire antixp̃m fertur:pro eo ꝙ hoc loco dan et coluber assseritur:ꝛ mordens. Unde non immerito duz israeliticus populus terras ĩ castrorum partione susciperet. prius dan ad aquilonem castrametatus est: illum sic signans qui in corde suo dixerat. Sedebo in monte testamenti.i.l.a.a.s.al.n.s.e.altimo.De quo et per prophetam dicit. A dan auditus est fremitus equorum eius. Qui non solum coluber:sed ẽt cerastes vocat.Cerasta eñ grece cornua dicuntur.Serpẽsqꝫ hic cornut⁹ esse phibet : per quẽ digne antixp̃i aduentus asseritur:quia contra fidelium vitam cũ morsu pestifere predicationis armatur :ẽt cornibus potestatis.Quis autem nesciat semitã angustiorem esse ꝙ viam.Fit ergo dan coluber in via:quia in p̃ntis vite latitudĩe eos ambulare prouocat:quibus quasi parendo blandit. Sed in via mordet:quia eos quib⁹ libertatem tribuit erroris sui veneno consumit. fit cerastes in semita. quia quos fideles reperit.et sese ad precepti celestis angusta itinera cõstringentes.non solum nequitia callide persuasionis impetit :sed etiã terrore potestatis premit:et in psecutionis angore post beneficia ficte dulcedinis exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hũc mũdũ insinuat qui per elationem suam in cursu labentiũ tẽporum spumat.et quia antixp̃s extrema mundi apprehendere nititur:cerastes iste eq̃ vngulas mordere perhibetur. Ungulas quippe equi mordere est:extrema seculi feriẽdo contingere.Ut cadat ascensor eius retro. Ascẽsor eq̃ est: quisquis extollit in dignitatib⁹ mundi.Qui retro cadere dr̃ : et nõ in faciem:sicut saulus cecidisse mẽoratur.In faciẽ eñ cadere ẽ ĩ hac vita:suas vnusquisqꝫ culpas agñscere eas qꝫ penitẽdo deflere . Recto vero q̃ nõ videtur cadere est:ex hac vita re

pēte decidere: et ad quem supplicia ducatur ignorare. Et quia iudea erroris suis laqueis capta: pro primo antixp̄m expectat bn̄ iacob eos loco repēte in electorum voce conuersus ē dicēs. Salutare tuū expectabo dn̄e Id est nō sicut infideles antixp̄z: sz eum qui in redēptionem nostrā ventur⁹ est: verū credo fideliter xp̄m.

EQui noīe: preparatio recte intentionis accipit: sicut scriptū est. Equus paratus in diem belli: sz dn̄s salutē tribuit. Quia contra tentationē q̄libz se anim⁹ p̄pat: sz nisi adiuuet desup salubriter nō decertat.

EQui noīe: sctūs quilibz predicator accipitur, ppheta attestante q̄ ait. Misisti in mare equos tuos/turbātes aquas mltas. Quiete q̄ppe aq̄ tacuerunt: quia hūane mētes diu sub viciorū suoꝝ corpe sopite sunt. Sz equis dei mare turbatū est: quia missis sanctis predicatoribus omne cor q̄ pestifera securitate torpuit impulsu salutiferi timoris expauit.

EQuoꝝ nomine: electorū corpora designantur. vn̄ et Iohānes apostolus in apocalipsi dominum contemplatus ait. Et exercit⁹ qui sunt in celo sequebantur eum ī equis albis. Multitudinem quippe sanctorum quem in hoc martyrii bello sudauerat: recte exercitu3 vocat. Qui idcirco in equis albis sedere referuntur: quia nimirum eoru3 corpora et luce iusticie: et castimonie candore claruerunt.

¶ Cap. III. De Asino.

¶ In sacra scriptura asinoru3 nomine. aliquando stultoru3 pigritia. aliquādo luxuria. aliquando simplicitas gentiliū. aliquando quelibet fidelis anima vel sancta ecclesia. aliquando is qui aliorum necessitates sustentat. aliquando mala vita. aliquando caro nostra designatur.



ASinoꝝ nomie stultoꝝ pigritia figuratur: sicut p moysē dicitur Nō arabis in boue et asino. Ac si diceret. Fatuos sapiētibus in predicatione non socies: ne per eum qui implere rē non valet: et illi qui preualet: et illi qui preualet obsistas.

ITem asinorum appellatione immoderata petulantium luxuria exprimitur vt ppha testat qui ait. Quorum carnes sunt vt carnes asinorum.

ASinorū noīe simplicitas gētilium designatur. Unde Hierusalem tendens: dn̄s asellum sedisse perhibetur. Quid est eīn sedēdo asinū Hierusalē venire: nisi gentilitatis simplicia corda possidendo ea ad visionem pacis regendo: et p̄sidendo perducere. Unde rursuz scriptum est. Cognouit bos possessorē suum: et asin⁹ presepe dn̄i sui. Quis enim bos nisi iudaicus popul⁹ extitit: cuius ceruicē iugum legis attriuit. Et quis asinus nisi gentilis popul⁹ fuit: quē quilibet seductor repperit: quasi brutu3 animal: et nulla rōne renitēs quo voluit errore substrauit. Bos ergo possessorē suum et asinus presepe dn̄i cognouit: quia et hebraicus populus dn̄i quē colebat: sed ignorabat repperit: et gētilitas legis pabulū q̄ nō habebat accepit. ¶ Potest quoq3 per asinum quelibet fidelis aīa vel sācta vniuersalis ecclesia designari. Un̄ redemptor noster ī asello sedens hirlm tēdit. Quere ī capitulo de Iumētis.

ASini nomine: is qui aliorum necessitates sustentat designa

tur:sicut per beatuz Job de hereti
cis dicitur. Asinũ pupillorꝝ abege=
runt. Quid enĩ per pupillos accipi
mus: nisi electos dei in mentis tene
ritudie positos q̃ magna fidei gra=
tia nutriuntur: et patris sui iam pro
se mortui faciem necdum vidēt. Et
sunt plerīqꝫ ĩ ecclesia qui quosdã cõ
spiciunt celestia appetere frena oĩa
despectui habere: et q̃vis ipsiꝰ ĩ hu
ius mundi laboribus insudēt. eos
tamē quos ad celestia anhelare con
spiciunt: de rebus quas in hoc mun
do possidēt huius vite adiutorium
fertur. Et q̃uis ipsi agere spãlia ne=
queant: ad summa tñ tendentibus
sublimia ministrant. Portare eniz
asinus onera hominum solet. Qua
si ergo quidam asinus electorum ē
qui frenis rebus deseruiens depor
tat onera vsibus hominuz. Et sepe
cũ heretici quēlibet talē a sctē eccle=
sie gremio auertunt q̃si pupillorꝝ asi
nũ abigũt: q̃ cũ hũc ad ꝑfidiã suã ꝑ
trahũt: a ministerio bonorꝝ repellũt

Asini nomine: mala vi=
ta designatur: sicut per
Moysen dicit. Primo
genita asini mutabis
oue. Per asinum quippe immundi
cia. per ouē vero innocētia designa
tur. Asini ergo ꝓ mogenita oue mu
tare est: immunde vite primordia in
innocentie simplicitate conuertere:
et vt post q̃ illa peccator egit: q̃ vti
immunda dominus respuit: ea iam
agēdo ꝓferat q̃ dei sacrificio ĩponat

Asini noĩe: caro nostra
designatur/sicut ĩ libro
iudicum dicitur. Axa
filia caleph sedēs super
asinum suspirauit. Cui dixit pat eiꝰ.
Quid habes. At illa respõdit. Da
michi benedictionē: terram austra=
lē et arentem dedisti michi iunge ⁊
irriguam. Dedit ei pater irriguum
superius ⁊ irriguũ inferius. Quid
per asinũ: nisi corpus nostrũ accipi=
mus. Axa aũt super asinũ sedet: cũ
irrationabilius carnis sue motibus
iam aĩa presidet. Que suspirãs a pa
tre terram irriguam petit: quia a
creatore nostro cum magno gemi=
tu querenda est lachrymarꝝ gratia.
Sunt nanqꝫ nonnulli qui iã ĩ dono
perceperunt libere pro iusticia cloq̃
oppressos tueri indigentibus pos=
sessa tribuere ardorem fidei habere
sed adhuc lachrymarum gratiã nõ
habent. Hij nimirum terraz austra
lem et arentē hñt: sz adhuc irrugua
indigent: quia in bonis operibus
positi quibus magni atqꝫ feruentes
sunt opz nimis vt aut timore sup=
plicij aut amore regni celestis: ma=
la etiã que antea perpetrauerũt de
plorent. Sed q̃ duo sunt compun=
ctionis genera. q̃ dñi videlicet siti=
ens anima prius timore ꝯpungitur
post amore dedit ei pater suus irri=
guuz superius: ⁊. i. ĩ. Irriguum q̃p
pe superius accipit anima: cũ sese ĩ
lachrymis regni celestis desiderio
affligit. Irriguum vero inferius ac
cipit: cũ inferni supplicia flendo ꝑti
mescit. Et priꝰ q̃libz ĩferius ac post
irriguum superius datur: sed quia
compunctio amoris dignitate ꝑmi
net: necesse fuit vt prius irriguũ su=
perius: ⁊ post irriguum inferius cõ
memorari debuisset. Duo autem
vt dixi in cõpunctionis genera sunt:
quia prius timore anima cõpungi=
tur post amore. Prius enim sese in
lachrymis afficit: quia dum malorũ
suorum recolit pro his perpeti sup=
plicia eterna pertimescit. At vero:
cũ longa meroris anxietudine fue
rit formido ꝯsũpta: q̃dã iã de ꝑsum
ptiõe venie securitas ⁊ nascit ĩ amo
re celestiũ gaudiorꝝ aĩmꝰ ĩflãmat ⁊ q̃
priꝰ flebat ne duceret ad supplicium
postmodũ flere amarissime ĩcipit q̃
differt a regno. Sicqꝫ fit vt ꝑfecta
ꝯpũctio formidinis: tradat aĩm cõ=
pũctioni dilectionis.

Cap. IIII. De Asigna.

In scriptura sacra asinarum no=

mine: aliquando quilibet simpliciter viuentes. aliquando motus cordis lasciuiētes. aliquādo simplices cordis cogitationes. aliquando caro nostra designatur.



Sinarum appellatione quilibet simpliciter viuentes et alienis oneribus portandus dediti accipiuntur. vñ scriptum est. Boues arabant: et asine pascebantur iuxta eos. Quid em̄ aliud per figuram boues: quam bñ operantes: et quid asinas quam quodam simpliciter viuētes accipimus. Quid dū in subtiliori intellectu currere non valent quo quasi pigris ambulant eo fraterna onera mãsueti⁹ portãt. Que bñ iuxta boues pasci referuntur: quia mētes simpliciū ēt cum alta capere nō possunt eo magis vicine sunt: quo et fraterna bona sua per caritatem credunt. Cūcq3 inuidere alienis sensib⁹ nesciunt: quasi in pastu se minime diuidunt. Simul ergo se asine cū bobus reficiunt: quia prudentibus cōiuncti tardiores eorum intelligentia pascuntur.

Asinarum noīe mot⁹ cordi⁹ lasciuiētes designant: sicut de beato Job dicitur quod in possessione quīgentas asinas habuerit. Asinas quippe possidemus cū lasciuientes cordis motus restrigimus: et quicquid in nobis carnale exurgere appetit: spāli cordis dn̄atu refrenamus.

Asinarū quocq3 nomie simplices cordis cogitationes accipiunt: quod in predicto capitulo de asinabus beati iob ītelligi pōt: sic ēn scriptum est. Asine pascebantur. i. e. et irruerunt sabei tuleruntcq3 omnia. Quid enim pascētes asinas nisi simplices motus cordis intelligimus: quos duz studiose a duplicitatis errore cōpescimus quasi in cāpo libere puritatis enutrim⁹. Sz ecce duz hoc agimus hostis noster pascētes asinas subtrahit: quia plerūcq3 dum motus cordis simplices videt subtilia inuentionum acumina ostēdit vt dum laus de subtilitate queritur puritatis simplicitas amittatur. Et si vsq3 ad opus prauū ptrahere non valet: tentando tñ bonorum cogitationibus subripiēs nocet: vt cū turbare bona mentis agnoscitur ea q̄si fundit⁹ abstulisse videatur.

Asine nomine: caro nostra designatur. vnde scriptum ē: quia cū Balaam ad maledicendū pergeret ab asina cui insidebat corripitur Belaam nanq3 puenire ad propositum tēdit: sed eius votum aīal cui presidet prepedit. Perhibitione quippe immorata asina angelū videt: quia quem humana mens non videt quia plerūcq3 caro per molestias tarda flagello suo mēti dñi īdicat quē mens ipsa carni presidens non videbat: ita vt anxietatem spūs proficere in hoc mūdo cupiētis velut vtiliter tendentis impediat: donec ei inuisibilem qui sibi obuiat innotescat. Vñ et bene per Petrum dicit. Correptionem habuit sue vesanie. subiugale mutū: quod in homis voce loquēs phibuit prophe insipiētiā. Insan⁹ quippe hō a subiugali muto corripit: quando elata mēs hūilitatis bonū quod tenē debeat ab afflicta carne mēorat. Cōsiderandū ḡ est: quanta sal⁹ cordis sit molestia corpalis quē ad cognitionē sui mētē reuocat: et quod plerūcq3 sal⁹ abijcit: īfirmitatis mēoria reformat vt anim⁹ q̄ extra se ī elatione ducit: cui sit cōditioni subdit⁹ expcussa quē sustinet carne mēoretur. Sz hui⁹ correptiōis donum idcirco balaā nō obtinuit: quia ad maledicendū pgēs vocē nō mētē muttauit.

Capitulum.V.De Camelo.

In scriptura sacra camelorũ nomine:aliquando ipse domin⁹ aliquando gentilis populus:aliquãdo samaritanorũ vita: aliqñ terrenarũ rerũ dispositiões:aliqñ distorte τ tumidas cogitationes



Ameli nomie dominus designat sicut ab eodem domino iudeis aduersantib⁹ dicitur. Liquãtes culicem:camelũ glutientes. Culex namq susurrando vulnerat:camelus autẽ sponte se ad suscipienda onera inclininat. Liquauerunt ergo iudei culicem: q seditiosum latronẽ dimitti petierunt. Camelum vero glutiuerũt q eum qui ad suscipienda nostre mortalitatis onera sponte descenderat extinguere clamando conati sunt.

Cameli nomine gẽtilitas designatur. vnde τ Rebecca ad ysaac veniens dorso cameli deducitur: q ad christum ex gentilitate excelsas ꝑperans ĩ tortis vitiosisq vite veteris conuersationibus inuenitur. Que ysaac viso descendit: q domino cognito vicia sua gentilitas deseruit: τ ab erectione celsitudinis ima humilitatis petiit. Que τ verecundata pallio velatur: quia τ coram illo ex añacta vita confunditur. Unde τ per paulum eisdem gentibus dicitur. Quẽ ergo fructum habuistis tũc in illis in quib⁹ nunc erubescitis.

Potest etiã per camelos qui cõmune sunt animal samaritanorum vita signari. Cameli nãq ruminant:sed nequaq̃ vngulã findunt. Samarei quoq quasi ruminant. q ex parte legis verba recipiunt: τ quasi vngulã non findunt: q pro parte contẽnunt. Qui τ graue onus in dorso mentis tolerant: q in omne q faciunt sine spe eternitatis elaborant: fidem quippe resurrectionis nesciunt. Et quid esse grauius atq onustius potest: quã afflictionem pretereuntis seculi ꝑpeti: τ nequaq̃ ad releuationẽ mẽtis gaudia remuneratiõis sperare.

Possunt quoq non inconuenienter per camelos qui vngulam nequaq̃ findunt:sed tamẽ ruminant: terrenarum rerũ bone dispensationes intelligi: que quia aliquid habent seculi τ aliquid dei ꝑ commune eas necesse est animal designari. Neq enim terrena dispensatio: q̃uis eterne vtilitati seruiat sine perturbatione valet exhiberi. Quia igitur per hanc τ ad presens mens confunditur et imperpetuũ merces paratur: quasi cõmune animal τ aliquid de lege habet τ aliquid non habet. Ungulam quippe non findit: q non se penitus anima ab omni terreno opere disiungit. Sed tamen ruminat q bene dispẽsando temporalia: per certitudinis fiduciam celestia sperat. Terrene igitur dispensationes quasi camelorum more capite legi concordant/ pede discrepant: q τ celi sunt que iuste viuentes appetunt: τ hui⁹ mũdi sunt ea in quibus opere versanẽ

Possunt etiam per camelos tortuosum videlicet animal distorte τ tumide cogitationes intelligi. Unde bene beatus Job camelos in possessione habuisse ꝑhibetur. Camelos quippe possidem⁹ si q altum sapimus humiliter deponamus. Camelos proculdubio possidemus: cũ cogitationes nr̃as ad infirmitatis fraterne compassionem flectimus: τ vicissim onera nostra portantes aliene infirmitati cõ

pati condescendēdo nouerimus.

¶ Capitulum. VI. De Animalib⁹

¶ In scriptura sacra animalium nomine: aliquando sancti euangeliste: aliquando iusti: aliquando simplices in sancta ecclesia: aliquando cogitatiões: aliquātulū a terra suspense: aliquando irrationabiles anime motus.

Animalium nomine sancti euangeliste designātur sicut per ezechielez dicitur. Et i medo eius similitudo quattuor animalium. Quid enim per quattuor animalia nisi quattuor euangeliste signātur.

Animalium nomine iusti designātur sicut per ezechielē dr Et audiui vocem alare animalium percutientium alterā ad alteram. Quid namqꝫ alas animalium: nisi virtutes debemus sentire sanctorum: qui dum terrena despiciūt ad celestia volando subleuātur. Sed volantia animalia: alis suis se vicissim feriunt: quia sanctorum mētes in eo ꝙ superna appetunt considerratis inuicem alternis virtutibus excitantur. Ala enim sua me percutit: qui exemplo sanctitatis ꝓprie me ad melius accendit. Et ala mea vicinū animal ferio: si aliquādo opus bonū ꝙ mutetur ostēdo.

Animalium nomine simplices in sancta ecclesia designātur: sicut de eadem sancta ecclesia ꝑ psalmistā dicitur. Animalia tua habitabunt in ea. Quia videlicet simplicem quiqꝫ in sancta habet ecclesia.

Animalium nomine cogitationes aliquātulum a terra suspēse: sed adhuc terrene mercedis premia requirentes designantur: sicut per ezechielem dicitur. Et ingressus vidi: ⁊ ecce omnis similitudo reptilium ⁊ animalium abhominatio. In reptilibus quippe cogitationes omnino terrene signantur. in animalibus vero iam quidē aliquātulum a terra suspense: sed adhuc terrene mercedis premia requirentes. Nam reptilia toto ex corpore terre iherent: animalia autem venire a terra suspensa sunt appetitu tamē gule ad terram semꝑ inclinantur. Reptilia itaqꝫ sunt inter parietem: quando cogitatiões voluuntur in mente/que a terrenis desiderijs nunꝙ leuantur. Animalia quoqꝫ sunt intra parietem quando ⁊ si que iam iusta si qua honesta cogitantur: appetendis tamen lucris temporalibus honoribusqꝫ deseruiunt: vt per semetipsa ꝙ quasi a terra suspensa sunt: sed adhuc per ambitum quasi gule desiderium sese ad ima submittuntur.

Animalium nomine irrationabiles anime motus designantur: vnde filij ruben ⁊ gad et dimidia tribus manas se introductis filijs israel in terram repromissionis ad campestra redeunt: quia ab altis cacuminibus montiū quasi ab spe celestium delabuntur: vt extra promissionis terram bruta animalia mitterāt: quia ad pascendos irrationabiles anime motus elaborant: quia eterne lucis quāta sit claritas nesciunt: quia transitorijs occupationibus excecantur: et dum de terrenis rebus superbiunt celestis sui luminis aditum claudunt.

¶ Capitulum. VII. De Boue.

¶ In sacra scriptura bouis nomine: aliquando iudaicus popul⁹: aliquando luxuriosorum dementia: aliquando labor predicatoris: aliquando sapiens: aliquādo doctorum mansuetudo: aliquando diabolus: aliquando bona operatio.


Ouis nomine iudaicꝰ populꝰ designatᷣ: sicut ꝑ ꝓphetā dicitur. Cognouit bos possessorem suum ⁊ asinus presepe domini. Require in capitulo de Asino.

QUia autem bouis nomine ꝑ comparationē luxuriosorū dementia designatur: salomon īdicat qui cum male suadentis mulieris petulantiam p̄misisset: adiunxit Statimqꝫ sequitur eam quasi bos ductus ad victimam.

BOuis nomīe labor p̄dicationis exprimitᷣ: sicut legis verba testantur: quibus dicitur. Non obturabis os boui trituranti. Ac si aperte diceret. Predicatorē verbi ab stipendiorum suorum perceptione non ꝓhibeas.

RUrsum bouis nomine sapiens quilibet designatᷣ: sicut scriptum est. Non iunges bouē et asinum. i. sapientem cum stulto in predicatione non sociabis.

BOum nomine doctorū mansueto d̄signatur sicut scriptū est: quia in vasis templi īter coronas ⁊ plectas boues ⁊ leōes ac cherubin exsculpta sūt. Corone q̄ppe signum sunt victorie. Plecte autē concordie vnanimitatē signāt. Cherubin vero plenitudo scientie dn̄r. Per boues quoqꝫ mās̄uetudo: ꝑ leones vero: seueritas accipitᷣ. Sacerdotes ergo atqꝫ doctores inter coronas ⁊ plectas. i. inter fortitudinē boni operis q̄ ad victoriā currunt ⁊ caritatis cōcordiā: quā a seuicissi nō discrepāt ꝑ boues ⁊ leones atqꝫ cherubī designati sunt: qꝛ ī plenitudine sciētie quā habēt necesse ē: vt ⁊ boum māsuetudinē teneāt ⁊ feruorē leonū q̄tinꝰ ī disciplia quā p̄dicāt ⁊ ex sctō zelo accensi sunt: ⁊ ex paterna dulcedine tranquilli.

BOuis nomine diabolus designatur sicut ꝑ ysayam dicitᷣ. Leo sicut bos comedet paleas. et sicut de eodem voce dominica ad beatum Job dicitur. Fenum sicut bos comedet. Quid enim leonis nomine nisi diabolꝰ qui palearum vel feni nomine nisi carnalium vita signatur. Sed quid est ꝙ in cōmestione palearum vel feni diabolus nō equo: sed boui cōparatur. Hic aūt citius agnoscimus sine vtrisqꝫ animalibus: que sit nutrimentorū distantia perpendamus. Et q̄ nāqꝫ fenum ꝙlibet sordidum comedūt: aqua vero non nisi mundā bibunt Boues autem aquā ꝙlibet sordidam bibunt: sed feno non nisi mundo vescuntᷣ. Quid est ergo ꝙ boui q̄ mundo pabulo vescitᷣ: diabolus cōparatur: nisi hoc ꝙ de ipso ꝑ ꝓphetā aliū dicitᷣ. Esca eius electa. Neqꝫ eñ eos se gaudet rapere/ q̄s ꝓteruis ac sordidis actionibꝰ īplicatos ī imis secū respicit voluntarie iacere. Fenū ḡ sicut bos cōmedere appetit: qꝛ suggestiōis sue dētē cōterere mūdā vitā sp̄aliū q̄rit.

BOuis noīe bona oꝑatio designatᷣ: sicut ꝑ moysen dᷣ. Nō arabis ī primogēito bouis. Quid eñ ꝑ primogenitū bouis nisi bonā oꝑationē accipimꝰ. p̄mogenitū aūt bouis ītelligimꝰ ī īfirma etate p̄mi nr̄i tp̄is bonā oꝑatōez in q̄tū arādū nō ē: qꝛ cū p̄ma sūt adolescētie vel iuuētutis nr̄e tēpora nobis adhuc a p̄dicatiōe cessādū est: vt vomer lingue nr̄e ꝓscindere nō audeat terrā cordis alieni. Quoadusqꝫ eñ īfirmi sumꝰ cōtinere nos inter nosmet ip̄os debemꝰ ne dū tenera bōa citꝰ ostēdimus amittamꝰ: qꝛ ⁊ arbusta plantata si prius in terra radicata

non fuerint manu tacta citius are= scunt. At si semel radicem fixerint manus tangit: et tamen nichil offi= cit: venti impellunt: nec tamen im= pellentes ledunt. Et constructi pa= rietes si impelluntur eruuntur: nisi prius a suo fuerint humore siccati. Mens itaque quousque humore pra= uitatis sue: non fuerit perfecte ex siccata: aliene lingue manu tãgi nõ debet: ne prius q̃ plene pcipiat per dat soliditatem suam: ne impulsa ruat: ne velut arbusta sine radicib⁹ dum plus q̃ valet tolerare concuti tur flatibus arescat. Ad exemplũ ergo non sunt ostendẽda: nisi que firma sunt. Prius enim cõualesce re debet mens atque ad vtilitatẽ pxi morum post mũdum demonstrari cum iam nec p laudem elata corru at: nec p vituperationem percussa contabescat. Nam et si thimotheo dicitur pcipe hoc et doce nemo ado lescentiam tuam contennat: scien= dum est: qz ei adolescentia ĩ annis non in moribus fuit. Quãuis in sa cro eloquio nonnunq̃ adolescentia iuuentus vocatur. vnde scriptum est. Letare iuuenis in adolescentia tua.

Capitulum.VIII. De Uacca.

In scriptura sacra cum vacca singulari numero ponitur: aliqñ do infirmitas incarnationis do= minice: aliquando caro nostra ac cipitur. Cum vero pluraliter vac ce dicuntur/ mentes intelligũtur fidelium.



acce nomine ĩ firmitas ĩcarnatiõis domi= nice designat: sicut moy si a domĩo di citur. Precipe filijs israel: vt addu cant ad te vaccã ruffam etatis inte gre in qua nulla sit macula nec por tauerit iugũ: tradesque eam eleaza= ro sacerdoti. Qui eductam extra castra immolabit in conspectu dñi et intinguet digitum ĩ sanguine ei⁹ aspergens contra fores tabernacu li septem vicibus: cõburetque eã cũ= ctis videntibus tam pellem q̃ car= nes eius ac sanguinem eius ac fi= mum: flamme tradetis. Quid per vaccã: nisi assumpta ad sacrificium infirmitas incarnationis dominice figuratur. De quo scriptum est: qz et ipse mortuus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Bene autẽ vacca hec etiã rufa dicitur: qz vide licet eius humanitas rubra p cruo rem passionis fuit. Unde et in canti cis canticorum ab sponsa describit dicẽte. Dilectus meus candidus et rubicũdus. Candidus videlicet ex diuinitate: rubicundus ex sanguĩe Candidus per iusticiam vite: rubi cundus ex cruore passionis. Etatis integre in qua nõ sit macula. Etas hũanitatis domini integra est: oĩs eius operatio perfecta. In qua vi delicet humanitate macula nõ fuit qz et veraciter de eo scriptum est: qz peccatum nõ fecit: nec inuẽtus dolus in ore eius. Bene autẽ sub= ditur: nec portauit iugũ. Scriptũ q̃ppe est. Omnis q̃ peccat seru⁹ est peccati. Quia dominus nulli pec= cato subcubuit: iugũ minime por= tauit. sequitur. Tradesque eã elea= zaro sacerdoti: q̃ eductã extra ca= stra immolabit in conspectu domi ni. Quid est q̃ hec vacca ad ĩmolã dum traditur sacerdoti: nisi q̃ ĩcar natus dominus qui pro redemptiõe nostra sacrificium semetipsum fe= cit. in iudaici populi manibus dat. Qui etiam extra castra immolat⁹ est in cõspectu domini: qz videlicet extra portam passus est. Unde et p paulũ dicit. Exeamus ad eũ extra

castra in ꝓprium eius portantes. Ihs enim vt sanctificaret per sanguinem suũ populum: extra portã passus est. Non enim habem⁹ hic manentẽ ciuitatem: sed futura inq̃rimus. Idcirco ei extra portã passus ẽ: vt ad ↄuersatiõe nos vite presentis quasi a ciuitate foras duceret: ⁊ a terrena inhabitatione cor nostrum euellere persuaderet. Bene autem dicitur immolabit in cõspectu domini. Redẽptor eĩ nr̃ i conspectu omnium quasi extinct⁹ est: sed in conspectu patris imolatus: q꞉ ꝙ ante oculos hominũ pena hoc ante oculos patris sacrificiũ fuit. Et intinguet digitum in. s. t. Quid per digitũ nisi discretio nostre operationis accipitur. In sanguine vero vacce digitum intinguere est: in passione incarnationis dominice nostra opera consecrare: vt passionem eius q̃ cognoscim⁹ imitemur: sicut scriptum est. Xp̃s passus est ꝓ nobis: nobis. r. e. v. s. v. e. Eleazar aũt ⁊ imolat: ⁊ i sanguine eius digitum intiguit: q꞉ videlicet plebs iudaica: ex reproborũ parte humilitatem domini vsq꞉ ad passionem persecuta est: ex electorum vero parte operationem hũilitatis eius imitata est: et asperget contra fores tabernaculi. Quid hoc loco tabernaculum: nisi tota simul sinagoga accipitur. Qui ergo tinxerit in sanguine eius digitum eundẽ sanguinem contra fores tabernaculi aspergat. i. quisquis passionis ei⁹ vias mutatur sinagoge nõ cadenti ⁊ resistẽti ꝑ exempla bona per operationem rectam: signũ bene viuẽdi prebeat. Contra fores enim tabernaculi vacce sanguinem aspergere est: resistẽti plebi iudaici per predicationem rectam: ⁊ per sácta opera passionis eius exempla mõstrare. Bene autem dicit̃ vt digit⁹ eius in sanguine. vij. vicibus intinguatur ⁊ aspergatur. In septenario enim numero: perfectio accipit̃ vnde ⁊ septem diebus vniuersum tempus impletur ⁊ sanctus spirit⁹ septiformis vocatur. Septem vero vicibus in sanguine digitum intinguere est: ꝑ perfectam operationem ministerium passionis eius imitari. Et septem vicibus contra synagogam aspergere est: perfecta predicatione sacramenta incarnationis ac passionis eius infidelib⁹ denũciare. Cõburetq꞉ eam cunctis videntibus extra castra: tam pellẽ ac carnes ei⁹ q̃ sanguinem ⁊ fimũ flãme tradetis. Quid per carnem ⁊ pellẽ quid per sanguinem ⁊ fimũ vacce: nisi carnalia sacrificia in testamento veteri habita q̃ infirmitatẽ domini denunciabant figurantur. Que omnia postmodũ a patribus spũaliter intellecta iuxta exteri⁹ ministerium: stercora sunt vocata. vñ paulus cum de sacrificijs carnalib⁹ loqueretur dixit. Propter ꝙ omnia detrimentum feci ⁊ arbitror vt stercora. Que flãme traduntur: q꞉ q̃uis carnaliter prius exibita: postmodum per spm̃ sanctũ intelligentie igne cõsumpta sunt. Possum⁹ tamen in eadẽ vacca: id est in ipsa ĩfirmitate incarnationis dominice: carnem pellẽ ac sanguinem ⁊ fimũ singula eius opera accipere. Quid enim per carnem ⁊ pellẽ: nisi exterior operatio designatur. Quid ꝑ sanguinem: nisi subtilis internaq꞉ virtus exteriora acta viuificans. Quid per fimũ: nisi lassitudo sitis esuries ⁊ timor mortis: ⁊ queq꞉ ex hũilitate suscepta pati voluit designãtur. Quod enim ex defectu nostre mortalitatis habuit: quasi ĩ eo abijciendum fuit. Que tamen omnia que ex nostra infirmitate suscepit: q꞉ ꝓ nostra redemptione exhibuit igne concremẽda sunt. i. iuxta virtutem sancti spirit⁹ intelligẽda vt queq꞉ ab eo corporaliter gesta sunt per incorporeum eius diuini

tatis spiritum dispositu sentia- tur.

Potest quoque per vaccam caro nostra signari. Vaccam ergo mactamus: cum carnem a lascivia sue voluptatis extingeurius. Sed quia carnis maceratio sine fide spe: et caritate inutilis reputat: dum vacca in sacrificio mactat cum ysopo lignoque cedrino ac cocco bis tincto offerri precipitur. Quid em per ysopum: nisi fides: quid per lignum cedrinum: nisi spes: et quid per coccum: nisi caritas designatur. Ysopus quippe interna nostra mundare consueuit. Et per petrũ dicitur. Fide mundans corda eorum. Lignum quoque cedrinũ nulla putredine deficit: quia spem celestiũ terminus non consumit. Unde et per petrum dicitur. Regenerauit nos in spẽ viuam per resurrectionem Jhesu christi ex mortuis: in hereditatem incorruptibilem et incontaminatã & immarcessibilẽ. Cocc⁹ aũt rubeo colore flãmescit: qz q̃ implet charitas: etiã intẽdit. Vñ i euãgelio veritas dicit. Ignẽ veni mittere in terram. Sed bis tinctus coccus offerri precipitur: vt videlicet ante interrni iudicis oculos: caritas nostra dei & proximi dilectione coloretur: quatinus conuersa mens: nec sic pro amore dei quietem diligat: vt curam proximi vtilitatemque postponat: nec sic pro amore proximi occupata inseruiat: vt quietem funditus deserens ignem in se superni amoris extinguat. Vaccã ergo cum ysopo lignoque cedrino ac cocco offerim⁹ dum cum maceratione carnis sacrificium fidei spei & caritatis: adolemus. Quisquis igitur semetipsum deo iam sacrificium obtulit: si perfecta desiderat curet necesse est vt nõ solũ se ad operationis latitudinem verumetiam ad culmina cõtemplationis extendat.

Vaccarum nomine mentes fidelium designantur: vnde cũ de terra philistini archa dñi ad terram israel rediret: plaustre sem per posita est: & vacce plaustro subiuncte sunt que fece fuisse memorãtur: quarum vitulos clauserunt domi. Ibant autẽ indirectũ vacce per viam que ducit bethsamis: vno itinere gradiebantur per gentes & mugiẽtes: & nõ declinabant neque ad dexteraz neque ad sinistrã. Quid enim vacce: nisi fideles quosque i ecclesia designant. Qui cũ sancti eloquij precepta conseruant: quasi super impositam domini arcam portant. De quibus hic est etiam notãdum q fece fuisse memorantur: qz sunt plerique quia invia dei intrinsecus positi foris carnalib⁹ affectib⁹ ligant. Sed nõ declinãt a recto itinere: qui arcam dei portant in mente. Ecce autem vacce bethsamis pgunt. Bethsamis quippe domus solis interptatur. Et propheta ait. Vobis autem qui timetis dominũ orietur sol iusticie. Si igit ad eterni solis habitationem tẽdimus: dignum profecto est: vt de dei itinere p carnalibus affectibus: non declinemus. Tota enim mente pensandum est: q vacce dei plaustro super posite: pergunt & gemunt/dant ab intimis mugitus: & tamẽ de dei itinere non detorquẽt gressus. Amorem q̃ per compassionem sentiunt sed colla posterius non deflectunt. Sic nimirũ sic predicatores dei sic fideles/quique esse intra sanctam ecclesiam debent. vt & cõpatiantur pximis per caritatem: & tamẽ devia dei: nõ exhorbitent p compassionẽ. Archa quippe plaustro superposita bethsamis pergere est: cum supna scientia: ad interne lucis habitaculum ppinquare. Sed tunc vere bethsamis tendimus: cum viã rectitudinis gradiẽtes advicina erroris latera nec p affectu pignorũ:

declinamus. Sic nãqꝫ sic necesse ẽ: vt incedere debeant qui sacre legis iugo suppositi: iam per internam scientiã dei archã portant: quatinꝰ per hoc ꝙ ꝓpinquorũ necessitatibꝰ ꝯdolẽt accepto rectitudinis itinere non declinent. Quorũ nimirũ gratia mentem nostrã tenere debet: sꝫ deflectere nõ debet: ne hoc eadem mens. aut si affectu non tangit̃ dura sit: aut plus tacta si inflectitur remissa.

Capitulum.IX. De Vitula.



Itule noĩe mens carnalis designat̃ ꝙ bene sub effraiz specie osee ꝓphetãte describitur q̃ ait. Effraim vitula docta diligere terram. Vitula enim terture laboribus assueta relaxata plerũqꝫ ad eundem laboris vsum etiam non compulsa reuertitur. Ita prauorũ mens huius mundi seruitijs dedita ⁊ rerũ temporalium fatigationibus assueta: etiã si sibi libere vacare liceat sub esse tamen terrenis sudoribus festinat ⁊ vsu misere cõuersationis trituram laboris querit vt a iugo mũdane seruitutis cessare non libeat: etiã si licet. Quid videlicet iugum dñs a discipulorũ cordibus soluebat cũ diceret. Attendite vobis ne grauentur corda nostra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ ceteris huiꝰ vite: ⁊ superueniat in vos repẽtina dies illa et rursum. Venite ad me omnes q̃ laboratis. et. o. e. ⁊. e. r. v. Tollite iugum meũ. s. v. ⁊ discite a me: qꝛ m. s. ⁊. h. c. Quid est enim domino mitẽ se in magisterio atqꝫ hũilẽ dicere: nisi relictis exercẽde elatiõis

difficultatibus plana quedã bene viuendi itinera demonstrare. Sed qꝛ prauorũ mentes plus per aspera elationis q̃ per blanda humilitatis ac mãsuetudinis delectantur esse sub sentibus delitias putant. Dura enim ꝓ amore seculi quasi q̃dã mollia ac delectabilia ferre parati sunt: dum in hac vita rerũ culmina apprehẽdere conãtur. Cessationem dñs a mundi laboribꝰ imperat: sancte quietis dulcedinẽ persuadet: ⁊ tamen vesana iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter q̃ tenere blanda spãliter gaudet. Plus acerbitate fatigationis q̃ quietis dulcedine pascitur.

Capitulum.X. De Tauro.

In scriptura sacra taurorꝫ nomĩe: aliqñ ĩtelligũt̃ patres veteris testamẽti: aliqñ sꝑbia.



Aurorũ nomĩe patres veteris testamẽti designant̃: sicut in euãgelio: a domino dicitur. Ecce prandiũ meũ paraui: tauri mei ⁊ altilia occisa sũt ⁊ omnia parata venite ad nuptias. Quid ĩ tauris vel altilibus fratres kmi: nisi noui ac veteris testamenti patres accipimꝰ. Altilia eñ laginata diximꝰ. Ab eo eñ ꝙ ẽ alere: altilia q̃si alitilia vocamꝰ. Cũ xp̃o ĩ lege scriptũ sit diliges amicũ tuũ ⁊ odio habebis ĩmicũ tuũ accepta tũc iustis licẽtia figurat: vt dei suosqꝫ aduersarios q̃ta possẽt xp̃tute ꝯprimẽrẽt: eosqꝫ iure gladijs ferirẽt qđ in nouo ꝓculdubio testamẽto ꝯpescit̃ cũ ꝑ semetipsa xp̃itas p̃dicat dicens. Diligite inimicos vr̃os: bñ facite his q̃ odert̃ vos. Quid ẽ ꝑ tauros

nisi patres testamenti veteris signi ficantur. Nam dum ex permissione legis acceperāt quatinus aduersarios suos odij retributione percuterent. vt ita dicam quid aliud ꝙ tauri erant: qui inimicos suos virtutis corporee cornu feriebant. Quid vero per altilia: nisi patres testamenti noui figurantur: q̄ dum gratiam pinguedinis interne percipiunt a desiderijs terrenis innitētes ad sublimia cōtēplationis sue pennis subleuantur. In imo quippe cogitationem ponere: quid aliud ꝙ quedā ariditas mentis est. Qui autē intellectu celestium iam per sancta desideria de supernis delectationis intime cibo pascūtur: q̄si largiori alimento pinguescūt. Hac enim pinguedine saginari psalmista concupiuit qui dicebat. Sicut adipe ꝛ pinguedine repleatur aīa mea. Qꝛ igit̄ p̄dicatores domini ce incarnationis missi persecutionē ab infidelibus: ꝛ prius ꝓphete: et postmodū sancti apostoli ꝑtulerūt inuitatis ꝛ venire nolētibus dicitur Tauri mei ꝛ altilia occisa sunt: et omnia parata sunt. Ac si apertius dicatur. Patrū precedētium mores accipite: ꝛ remedia vite nostre cogitate.

Psal. lxij.

Taurorum nomine ceruix superbie designatur: sicut amicis beati Job a domino dicit̄. Sumite vobis septē tauros ꝛ septem arietes: ꝛ ite ad seruum meū Job ꝛ offeret holocastum ꝓ vobis: per tauros ceruix superbie: per arietes vero ducatus exprimitur q̄ ab hereticis persuasis plebibus quasi seductis gregibus agitur. De hereticis namqꝫ superbientibus dicitur: qui infirmorum mentes male suadendo corrumpunt. Consiliū taurorum: inter vaccas populorū. Et qꝛ sequentes se populos velut greges trahunt: arietes aliquando nominātur. Greges seculi arietes ducunt. Unde per increpationem hieremias ait: principes tui velut arietes. Quia igitur heretici cū ad sanctam ecclesiam redeunt superbiaꝫ elationis deserere: ꝛ nequaq̄ iam quasi sequentes greges populorū cuneos ad interitum ducunt amici beati Job: offerre tauros ꝛ arietes iubentur. Tauros enim ꝛ arietes in sacrificio offerre est: superbū ducatum: conuersionis humilitate mactare: vt edomita ceruice superbie: discant obediendo sequi q̄ dudum preire conabantur. Recte quoqꝫ hoc eorum superbia. vij. sacrificijs expiatur: qꝛ heretici ad ecclesiam reuertentes per humilitatis hostiam dona spiritus gratie septiformis accipiunt: vt qui elationis sue vetustate tabuerant nouitate gratie reformentur. Dicatur igitur. Sumite vobis. vij. tauros: ꝛ vij. arietes: ꝛ ite ad seruū meū Job: ꝛ offeret holocaustum ꝓ vobis. Ac si hereticis redeūtibus aperte diceretur. Uniuersali vos ecclesie: per humilitatem penitentie iungite: atqꝫ eam ꝙ per vosmetipsos digni nō estis veniam eius a me precib⁹ obtinere. Qui cum per hanc veraciter sapere discitis: pri⁹ apud me vestre sapientie stulticiā deletis.

Capitulum. XI. De Uitulo.

In scriptura sacra vituli nomine: aliquādo xp̄s vel lucas euangelista: aliquando sanct⁹ predicator intelligitur.



Vituli nomine xp̄s vel lucas euāgelista designat̄ sicut p Johānem euangelistam in apocalipsi de q̄ttu

in animalibus dicitur. Animal primũ simile leoni. secũdum animal: simile vitulo. et tertium animal habẽs facie quasi hominis. et quartũ animal: simile aquile volanti. vbi quamuis singula ad vnumquemq; euangelistã recte conueniant dñi alius humane natiuitatis ordinem. alius per mundi sacrificij mactationẽ: quasi vituli mortem. Alius potestatis fortitudinem: quasi leonis clamorem insinuat. Alius natiuitatem verbi intuens. quasi ortum solem aquila aspectat: possent tñ hec quattuor animalia ipsum suum caput: cuius sunt membra signare. Ipse namq; et homo est. quia naturã nostram veraciter suscepit. et vitulus quia pro nobis paciẽter occubuit. et leo quia ꝑ diuinitatis fortitudinem suscepte mortis vinculũ rupit. et ad extremum aquila: quia ad celum de quo venerat rediit. Homo ergo nascendo. vitulus moriendo leo resurgendo. aquila: ad celos ascendendo vocatus est.

Vituli nomine sanctus predicator designatur sicut ꝑ ezechielem dicitur. Planta pedis eorum: quasi planta pedis vituli. In sanctis quippe p̃dicatoribus planta pedis est vt planta vituli: scilicet nature incedens et fortis et diuisa. Quia vnusquisq; predicator et venerationem habet in maturitate: et fortitudinem in opere. et diuisionẽ vngule in discretione. Non enim facile predicatio ei⁹ accipitur: si leuis in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitatis ostensio si cõtra aduersa omnia nõ affuerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum: ipsa fortitudo operis amittit: si discretio in intellectu non fuerit.

¶ Capitulum duodecimum. De Canibus.

¶ In scriptura sacra canum nomine aliquando sancti predicatores: aliquando adulatores. aliꝗ heretici: aliꝗ iudei. aliquando gentiles intelliguntur.



Canum nomine sancti predicatores designantur sicuti euãgelio scriptum est. Sed et canes veniebant et lingebant vlcera eius. Quid enim per canes nisi predicatores intelligimus. Canum etenim lingua: vulnus dum linga curat: quia et doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruũt: quasi vulnus mentis nostre per linguam tangunt. Et quia nos loquendo a peccatis eripiũt: quasi tangendo vulnera: ad salutem reducunt Quia enim canum nomine predicatorum lingua signatur: bene per psalmistam domino dicitur. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex iudeis quippe infidelibus sancti predicatores electi sunt: qui in assertione veritatis: contra fures latronesq; venientes/ magnos pro domino vt ita dicam latratus dederunt. Quomodo cõtra de quorundam reprobatiõe dicitur. Canes muti non valentes latrare. Quia igitur p̃dicatores sancti peccata dampnant: confessionem vero peccatorum approbant: dicentes confitemini alterutrum peccata vestra. et. o. ꝓ. in. vt. s. vlcera lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores dum gentilium confessiones accipiunt: mentium vulnera saluti restituunt Unde et lazarus ĩterpretatur adiutus: quia ipsi hunc ad erectionem iuuant: qui eius vulnera per lingue correptionem curant.

Potest autẽ per linctionem canum: lata adulantium lingua signari. Adulantibus etenim vulnera nostra lingere est: quod plerũq; solent etiam ipsa mala q̃ i nobis rep̃hendim⁹ i ꝓbo fauore laudare.

Canum nomine heretici designãtur sicut scriptum est. Si

cut canis reuertitur ad vomitum suum sic stultus ad stultitiam suam.

Canum nomie iudei dominum persequentes designantur sicut a domino per psalmistam dicit circundederunt me canes multi.

Canum nomine gentiles designantur sicut in euangelio a domino mulieri cananee dicit. Nō est bonum sumere panem et mittere canib⁹ Ac si diceret. Nō est bonū vt doctrine panis a filijs.i.iudeis q ab initio dominū coluerunt et adorauerūt subtrahatur: et vobis gentib⁹ que multis spurcitijs et idolis deseruistis detur.

Capitulum decimūtertium. De Arietibus.

In scriptura sacra arietum nomine aliquādo sacerdotes aliqñ rationales spiritus als ducatus sequentium populorū designant



Arietis nomine primus intra ecclesiā ordo sacerdotum designatur: sicut per salomonez dicit. Tria sunt que gradiuntur et quartum: qd īcedit feliciter Leo fortissimus bestiarum ad nulli⁹ pauebit occursum. Gallus succinctus lūbos. Et aries: nec est rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco ponūt de quo scriptum est vicit leo de tribu iuda Qui fortissimus bestiaruz dicitur quia in hoc ipso quod infirmum est dei: fortius est hominib⁹ Qui ad nulli⁹ pauet occursuz. Dicit enim Venit princeps huius mūdi. et in me non habet quicq̄.

Gallus succinctus lumbos: id est pdicatores sctī inter huius tenebras noctis verū mane nunciantes. Qui succincti lumbos sunt: quia a membris suis luxurie fluxa restringunt In lumbis quippe luxuria est. Vn̄

Luc. xij et in eis a domino dicitur. Sint lūbi vestri precincti. Et aries. Nec est rex qui resistat ei. Quem aliuz hoc loco arietem accipimus nisi pmum inter ecclesiam ordinem sacerdotū. De quibus scriptum est. Affer te domino filios arietum. Qui per exempla sua gradientem populuz quasi subsequentem ouium gregē trahunt. Quibus specialiter recteq̄ viuentibus nullus rex sufficit omnino resistere: qz quilibet persecutor obuiet: intentionē eorum nō valet ppedire. Sciunt enim ad euz quem desiderant et anxie currere. et moriēdo puenire. Ponit ergo primus leo secūd⁹ gallus terti⁹ aries. Apparuit enim xp̄s deinde pdicatores sancti apostoli: et tunc demū spirituales patres ecclesiarū prepositi videlicet duces gregū: qz ducto res sequētiū populoꝝ. Sz qz post hoc et antixp̄s apparebit hic illic q̄r tum subdens dicit. Et qui stultus apparuit: postq̄ eleuatus est in sublime. Si enim intellexisset: ori suo imposuisset manum. Ipse quippe in sublime eleuabitur: cū dominum se esse mentietur. Sed eleuatus ī sublime stultus apparebit: qz in ipsa eleuatione: per aduentū veri iudicis deficit. Qui si ītellexisset ori suo īposuisset manū.i. si supplicium suuz cū superbire exorsus est. puidisset: bene aliquādo conditus in tanta iactatione superbie: nō fuisset elatus. De quo neq̄ et q̄ mone at quod superius dictū est quartuz quod īcedit feliciter. Tria quippe bene incedere dixit et quartum feliciter. Non enim omne qd feliciter bene neq̄ in hac vita: omne qd bene incedit feliciter Nam leo gallus et aries bene incedunt: sz non hic feliciter: qz persecutionū bella patiūtur. Quartum vero feliciter et non bene incedit: qz in fallatia sua antixp̄s graditur: sed iuxta breue tempus vite psentis: ipsa illi fallatia p sperator sicut de eo sub antiochi specie per danielem dictū est. Robur.

datum est ei contra iuge sacrificiuꝫ ꝓpter peccatã: ꝛ prosternet veritas in terra. ꝛ faciet ꝛ ꝓsperabitur. Quod ergo salomon ait incedit feliciter. hoc daniel dicit prosperabitur.

ARietum nomine rationabiles spiritus designantur sicut ꝑ moysen dicitur. Tollens iacob virgas. p. v. ꝛ. a. ꝛ ex platanis: ex parte decorticauit eas. Detractisq̧ corticibus in his q̄ spoliata fuerant candor apparuit. Illa vero que ĩtegra erant: virida permanserunt. atq̧ ĩ hunc modum color effectus est varius. Igitur qñ p̃mo tp̃e ascẽdebantur oues ponebat eas in canalibus aquarum ante occulos arietum et ouium vt in earum contemplatiõe conciperent. Quid est enĩ virgas virides amigdalinas ꝛ ex platanis añ oculos gregũ ponere: nisi per scripture sacre seriem antiquoꝝ patrũ vitas atq̧ sententiam in exempluꝫ populis p̃bere. Que nimiruꝫ quia iuxta rationis examẽ recte sunt viroꝝ nomĩant. Quib9 ex parte corticẽ subtrahit vt ĩ his que expoliantur intimus candor appareat: et ex parte corticẽ suat vt sicut fuerãt exteri9 ĩ viriditate ꝑmaneãt. Variusq̧ virgarũ color efficitur. dũ cortex ex ꝑte subtrahitur ꝛ ex ꝑte retinetur. An cõsiderationis enĩ nostre oculos p̃cedentiũ patrũ sentẽtie q̄si virge varie ponuntur. in quib9 dũ plerũq̧ ĩtellectũ licere fugimus: quasi corticeꝫ subtrahimus. ꝛ dũ plerũq̧ intellectũ licere sequimur: quasi corticem reseruam9. Dũq̧ ab ipsis cortex littere subducitur: allegorie candor ĩterior demonstratur. Et dũ cortex relinquitur: exterioris ĩtelligẽtie virentia demonstrantur exempla. Quas bene iacob: in aque canalib9 posuit: q: ꝛ redẽptor noster in libris sacre scientie. quibus nos ĩ ĩtrinsec9 ĩfundim9 fixit. Has aspiciẽtes arietes cũ ouibus coeunt: q: rationabiles nr̃i spiritus dñi in earuꝫ intentione defixi sunt: singulis quibusq̧ actionibus ꝑmiscentur vt tales fetus operũ ꝓ:creent: qualia exempla p̃cedentium in vocib9 p̃ceptoꝝ vident. Et diuersuꝫ colorẽ proles boni operis habeat: q: et nõnũq̄ subtracto licere cortice actus interna cõsiderat ꝛ reseruato nõnũq̄ hystorie tegmine: se in exterioribus format.

ARietum nomine ducatus sequẽtiũ ꝑplorũ designatur. Añ ad amicos beati iob a dño dr̃. Sumite vobis septem tauros ꝛ septeꝫ arietes ꝛ ite ad seruũ meũ iob: ꝛ offeret holocaustum ꝓ vobis. Quere in capitulo de tauro.

¶ Capitulum decimumquartum De Ouibus.

¶ In scriptura sacra cũ singlari numero ouis ponitur: xp̃i patiẽtia intelligitur. Cũ vero pluraliter oues dicuntur. aliqñ fideles ex iudeis accipiũtur. aliqñ cogitationũ inocẽtia aliquando simplices quiq̧.

OUium nomine fideles ex iudeis designantur. sicut de beato iob in figura dicitur. Et fuit possessio ei9 septẽ milia ouiũ. ꝛ tria milia cameloruꝫ. Quid enĩ ĩ septẽ milib9 ouiũ: nisi ꝑfectã quorũdaꝫ iudeorũ innocentiã exprimit. qui ad ꝑfectiõis grãm ex legis pascuis venit. Quid vero ĩ tribus mil. camelorum: nisi ad plenitudinẽ fidei veniens tota gẽtiliũ viciositas designatur. Sicut ꝑ oues ebreos a pascuis legis ad fidem venientes accipimus: sic nil obstat vt per camelos tortos moribus atq̧ onustos ydolorum cultibus gentilium populos sentiamus. Quia enim a semetipsis sibi inuenerunt deos quos colent: quasi a semetipsis eis onus in dorso excreuerat qđ portarẽt. Sed quia in carne dominus apparens ꝛ ebreorum populũ

perfectionis gratia impleuit ꝛ gentium quosdam ad cognitionem fidei mira opera ostendendo produxit: dicatur recte de vmbra que veritatem exprimeret quod ꝛ septez milia ouium: ꝛ tria milia camelorum possideret.

POssunt autem per oues moraliter cogitationum innocentia: per camelos: distorte cogitationes designari. Seruata quippe veritate hystorie: imitari spiritualiter possumus: quod carnaliter audimus. Oues enim septē milia possidemus cum cogitationes īnocuas perfecta cordis munditia inter nos metipsos īquisito veritatis pabulo pascimus. Eruntq̧ nobis in possessionem ꝛ tria milia camelorum: si omne quod in nobis altum ac tortuosum est rationi fidei subditur: ꝛ sub cognitiōe trinitatis sponte in appetitu humilitatis inclinamus. Camelos quippe possidem⁹ si quod altū sapimus humiliter deponamus. Camelos possidemus: cum cogitationes nostras ad infirmitatis fraterne compassionem flectimus. ꝛ vicissim onera nostra portantes aliene infirmitati cōpati condescendendo nouerimus

OUium nomine simplices quiq̧ et innocentes designantur sicut per psalmistā patri de filio dicitur. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius oues ꝛ boues vniuersas insup ꝛ pecora campi. Hinc iterū per eundem psalmistam dicitur. Nos autē populus eius et oues pascue eius. Neq̧ enim qui seruare innocentiaz negligunt illa interne pascue refectione satiantur.

Capitulum. XV. De Agna.



AGne nomine actiua vita designatur: sicut per moysen de eo qui iuramentuz protulit vt vel male quid: vel bene faceret atq̧ hoc ipsum obliuione transcendit dicitur. Offerat agnaz de gregibus siue capram. Iuramētum namq̧ proferre est: voco nos diuine seruitutis alligare. Et cū bona opera ꝓmittimus: bene nos facere spondemus. Cum vero abstinentiam cruciatumq̧ carnis nostre vouerimus: male ad p̄sens nos nobis facere iuramus. Sed quia nullus in hac vita ita perfectus est: vt quālibet deo deuotus sit: inter ipa quantulācumq̧ pia vota non peccet ꝓ peccato agna offerri de gregibus siue capra p̄cipitur. Quid em̄ per agnā nisi actiue vite innocētia: quid ꝑ caprā q̄ in sūmis sepe extremisq̧ pēdens rupibus pascit nisi cōtēplatiua vita signat. Qui ergo se cōspicit ꝓmissa ac ꝓposita nō iplesse: ad sacrificiū dei studiosius debet vel īnocentia bonis op̄is vel ī sublimi pastu cōtēplatiōis accīgere. Et bene agna de gregibus: capra vero offerri de gregibus nō iubet: q2 actiua vita multoꝝ est. cōtēplatiua paucoꝝ. Et cū hic agim⁹ q̄multos agere atq̧ egisse cōspicimus: quasi de gregibus damus.

Capitulum. XVI. De Bestijs.

In scriptura sacra cuz singulari nūero bestia ponit: aliqñ diabol⁹ aliqñ turba p̄dicatoꝝ ātixp̄i: aliqñ mēs irrōnabil cū pluralit bestie noiant aliqñ demōes. aliquādo motus carnis designantur.

BEstie noīe diabolus designat q̄ deceptionē p̄mi hoīs seuus īpetijt integritatē vite illi male suadēdo lauiauit. Contra quē ꝓphete vocibus de scā electoꝝ eccl̄ia ī ātiq̄ statu restauranda ꝓmittit Et mala bestia nō trāsibit ꝑ eā. Hic iterū ī libro btī Job scriptū est. Ingrediet bestia latibulū suū: et in antro suo morabit. Cū em̄ i mundi fine illum dāpnatum hominem qui antechristus inuaserit q̄d aliud quā latibulū

suū ingredit vt in antro ꝓprio de=
moret. Uas qppe illud diaboli. an=
trū ac latibulū bestie ē: vt insidians
hoīb⁹ viā hui⁹ vite carpētib⁹ in illo
⁊ p signa lateat: ⁊ p maliciā occidat

BEstie noīe turba pdicatoꝝ an
tixpi designatur. vñ simulatio
nis ipsoꝝ maliciā Johānes ī apoca
lipsi breui descriptione ꝯprehēdēs
dicit. Uidi aliā bestiā ascēdētem de
tra. hñtē cornua duo: similia agni et
loqbat vt draco. Priorem qppe be
stiā. i. antixp̄z: supiore iā descriptio
ne narrauerat: postq̄ ēt hec alia be=
stia ascēdisse dicit: qꝛ post eū multi=
tudo pdicatoꝝ illi⁹ ex terrena ptāte
gloriatur. De tra qppe ascendere ē
terrena glīa supbire. Que hꝫ duo
cornua agni similia: quia hypocrisiꝫ
sanctitatis: eā quē in se veraciter do
min⁹ habuit singularē sibi inesse et
sapientiā mentit et vitā. Sꝫ qꝛ sub
agni specie: auditorib⁹ reprobis ser
pētinū vir⁹ infundit: recte illic subdi
tur. ⁊ loquebatur vt dracho. Ista ei
bestia. i. pdicātiū multitudo: si ap=
te vt dracho loqret: agno simul nō
appareret: sed assūpsit agni specieꝫ
vt drachonis exerceat oparationem.

BEstie noīe: mēs irratio=
nabilis designat: sicut p
Moysen dicit. Bestia si
tetigerit mōtē lapidabi
tur. Mōs quippe est altitudo cōtē=
plationis. bestia vero: mēs irrōna=
bilis. Bestia ergo montem tangit:
cū mēs irrationabilibus desiderijs
subdita: ad cōtēplatiōis alta se eri=
git. Sed lapidib⁹ percutitur: qꝛ sū=
ma non sustinens ipsis superni pon
deris ictibus necatur.

BEstiarum noīe: demones desi
gnant: sicut in libro beati iob
a dño dr. Oēs bestie agri ludunt ibi
Quid eī p bestias nisi imūdi spūs.
quid p agrū nisi presens seculū desi
gnat. Agri aūt bestie ibi. i. ī herbis
montiū ludūt: qꝛ ꝓiecta de supiori=
bus in hoc mūdo demonia. prauis
superborum opibus delectant. Be
stie in herbis ludunt: cū reprobi spi
ritus hūana corda ad illicitas cogi
tationes pertrahūt. An nō immun=
dis spiritib⁹ ludere est: mentes ho=
minum ad dei imaginem conditas
modo ficta promissione decipe: mo
do vacuis terroribus irridere. mo=
do eis transitoria gaudia q̄si mēsu=
ra imprimere: modo mensuras pe=
nas: quasi transitorias leuigare.

BEstiarū nomie: motus carnis
designantur: sicut ī libro bea
ti Job dicitur. Et bestie terre paci=
fice erūt tibi. Quid eī per bestias
nisi mot⁹ carnis intelliguntur: q̄ dū
mentē nostrā irrationabilia suadēn
do lacescunt: contra nos bestialiter ī
surgunt. Sꝫ cū cor sub diuina lege
deprimit: etiā carnis incētiua detu=
mescūt: vt et si tētando submurmu
rant. nequaq̄ tamen vsq; ad effe=
ctum operū quasi ad aperti morsus
rabiem exurgunt. Quis enīz ī hac
adhuc corruptibili carne posit⁹ has
terre bestias plene edomat: cū ille
ad tertium celum raptus egregius
predicator dicat video aliam legeꝫ
ī membris meis repugnantem legi
mentis mee: et. e. m. d. r̄. l. que. e. in
membris meis. Sꝫ alius est has be
stias in campo opis seuientes aspi=
cere: aliud intra cordis caueā fremē
tes tenere. Redacte nāq; intra clau
strū cōtinentie: ⁊ si adhuc tentando
rugiūt vsq; ad morsuꝫ tñ vt dixim⁹
actiōis illicite nō excedūt. Pacifice
itaq; sunt tre bestie: qꝛ mot⁹ carnis
et si p desideria palpitēt: apta nos
tamen contradictione opis nō ipu=
gnāt. Pacē ergo nobis terre bestie
faciūt: qꝛ motus carnis dū nos tētā=
do lacescunt: ad amorē quietis inti
me impellunt.

¶ Cap. XVII. De Leone.

¶ In scriptura sacra cū leo singula
ri numero ponitur. aliquando xp̄s
intelligitur: aliqñ Marcus euange
sta. aliqñ diabolus. aliqñ cuiuslibet

iusti securitas. aliqñ antixps. aliquã do qlibz raptor. Cũ xõ pr leones dicunt. aliquando doctorum seueritas. aliqñ demones signantur.

Leonis nomine xps itelligitur: sicut scriptũ est Leo fortissim⁹ bestiarũ ad nulli⁹ pauebit occursum. Qui iure fortissimus bestiarũ dicit: qz in hoc ipso q infirmuz est: dei forti⁹ est hoibus. Qui ad nulli⁹ pauet occursum. Dicit enim. Uenit princeps mundi hui⁹: τ in. m. nõ. hz q. Sed alibi dicit. Uicit leo de tribu Juda.

Leonis nomine: Marcus euãgelista designatur. vnde Ezechiel ppheta: cum sanctos euangelistas sub figura quattuor animaliũ describeret ait. Similitudo vultus eorum: facies hois: τ facies leonis a dextris ipoꝝ qttuor. Facies aũt bouis: a sinistris ipsoꝝ qttuor τ facies aqle desup ipsoꝝ qtuor. Qd ei h qttuor pẽnata aĩalia quattuor euãgelistas designent: ipa vniuscuiusqꝫ libri euangelici exordia detestantur. Nam quia ab humana generatione cepit iure per hominem mathe⁹ quia per clamorez in deserto: recte per leonẽ Marc⁹: qz a sacrificio exorsus est: bene per vitulũ lucas. qz vero a diuinitate verbi cepit: digne per aquilã significat Johãnes qui dicit. In principio erat. v. τ verbuz erat apud deũ τ deus erat verbum. Qui dũ in ipa diuinitatis substãtia incẽdit: quasi more aqle oculos in solem fixit.

Leonis noĩe: dyabol⁹ designat: sicut per primum ecclesie pastorẽ fidelib⁹ dr. Aduersari⁹ noster diabol⁹. t. leo. r. c. q. quẽ. d. Dicit etiã per Jsayã dr. Leo sicut bos: comedet paleas. Quere in cap. de boue.

Leonis noĩe iusti viri securitas designat: sicut p Salomonez dicit. Justus quasi leo cõfidẽs absqꝫ terrore erit. In occursũ quippe bestiaꝝ idcirco leo non trepidat: qz p̃ ualere se oĩb⁹ nõ ignorat. Uñ iusti viri securitas recte leoni comparatur qui cõtra secũ quoslibet insurgere cõspicit ad mẽtis sue confidentiã redit. Et scit qz cunctos aduersantes superat: qz illum solũ diligit quẽ inuitus nullomodo amittat. Quisquis eñ exteriora que nolenti subtrahũt appetit sua se spõte extraneo timori substernit. Infracta autẽ virtus est concupiscentia vite eñe frene contemptus: quia τ in alto mẽs ponitur cum a rebus infimis spei sue iudicio subleuatur atqꝫ a cũctis aduersantibus tanto minus attigit q̃to in supnis sita tuti⁹ munitur.

Leonis nomine: antixps designatur: sicut p Psalmistã de ipso dr. Insidiatur in occulto: sicut leo ĩ cubili suo. Recte etem antixps et leo τ isidiãs dicitur: insidians per miraculorum spẽm. Leo per fortitudinem secularem. Ad apertã nãqꝫ potentiam suffecisset vt leo esset: ẽt si insidians non fuisset. Rursum ad occultas versutias suffecisset vt ĩsidiãs subriperet: ẽt si leo non esset. Sed qz in cunctis suis viribus effrenatur seuire p vtraqꝫ permittitur. vt contra electos in certamĩe τ fraude et virtute laxet: virtute per potẽtiã: fraude p signa. Nõ eñ sola tũc potestate erigit: sed etiã signorum ostensione fulcitur. Ut eñ eos q ap te iniqui sunt pertrahat: secularem potẽtiam ostentat. Ut autem viros iustos fallat legis sctitatẽ simulat. Illis eñ suadet elationem magnitudis: istos decipit oñsiõe sctitatis.

Leonis noĩe. qlibet raptor designatur: sicut de infideliũ cõuersione p Jsayam pmittit qui ait Uitul⁹ τ leo: et ouis simul morabũtur. Quid eñ per vitulũ: nisi is qui se p cordis ptritionẽ deo immolat. quid per leonẽ: nisi is qui alios cruciat. τ qd per ouem: nisi simplex τ innocẽs designat. Sz iã vitul⁹: τ leo τ

ouis simul commorant: qr is q̄ p cō tritū cor ad quotidianū deo sacrifi= cium se pparat: et alius qui tāq̄ leo ex crudelitate seuiebat: et alter q̄ve lut ouis inocētie sue simplicitate p= durat: i caulis sancte ecclesie conue nerunt.

Leonis noīe doctorū seueritas accipitur. vnde scriptum ē: qr invasis tēpli int coronas: et plectas boues ⁊ leo nes et cherubin excul= pta sunt et subter boues et leones: lora depēdētia. Corone q̄ppe signū victorie plecte aūt concordie vnani mitatē signant. Cherubin vero ple nitudo scientie dicunt. Sacerdotes autem atq̧ doctores: sunt coronas et plectas. i. int fortitudinē boni o= peris quo ad victoriā currunt ⁊ ca= ritatis concordiam quia se vicissim non discrepant per boues ⁊ leones atq̧ cherubin designati sunt: quia ī plenitudine sciētie quē habent ne= cesse est vt et boum mansuetudinē teneant: et feruorem leonū: quatin⁹ in disciplina quem p̄dicant: ⁊ ex san cto zelo accēsi sint: ⁊ ex paterna dul cedine trāquilli. Quibus subter se lora dependeāt: vt discipline sue re= tinacula quibus ipsi ligati sunt: ēt subiectis suis sollicite impendant. Subter eos lora dependere est cu= ius quotidie vincula subditis tene= re. Que tū c recte seruantur: cū nec boū māsuetudo ī zeli feruore amit tit: nec leonum terror in mansuetu= dine declinatur. Tanta quippe de= bet esse discretio: vt nec disciplina ni mia. nec misericordia sit remissa: ne si inordinate culpa dimittitur. is q̄ est culpabilis in reatu grauius astri gatur: et rursum si culpa immode= rate retinetur tanto qui corrigitur deterior fiat: q̄to erga se nil ex beni gnitatis gratia agi considerat. Ex= hibenda itaq̧ prauis est asperitas ī ostensione caritas in mente: vt ⁊ du= ra ostensio delinquentem cohereat ⁊ caritatis custodia: mercedem mā suetudinis non omittat. Ecce h̄ est magisterium discipline: vt culpis doctor: et discrete nouerit parcere: et pie resecare.

Leonum nomine: eminentio= ris potestatis demones desi= gnantur: sicut in Psalmo scriptum est. Posuisti tenebras et f. est n. in ipsa per o. b. s. Catuli leonum. c. v. r. quia deo e. s. Tenebras q̄ppe do= minus ponit cū peccatis iudicia re pendens lumen sue intelligētie sub trahit. Et nox efficit: quia prauorū mentes ignorantie sue erroribus ce cantur. In qua omnes bestie silue pertranseunt dum maligni spiritus sub opacitate fraudis latentes ī ver borum corda prauitates suas explē do percurrunt. In qua et catuli leo num rugiunt: quia nequissimarum sed tamen eminentium potestatū ministri spiritus importunis tenta tionibus insurgunt. Qui tamen a deo escam expetunt: quia nimirū capere animas nequeunt nisi iusto iudicio preualere diuinitus permit tatur.

¶ Capitulum decimūoctauum. De Leena.

¶ In sacra scriptura Leene nomine aliquando sancta ec= clesia. aliquando Babylonia aliquando mens humana de= signatur.

Leene nomine: pro eo q̄ con= tra aduersa audax est ecclesia designatur: sicut per beatū Job de iudee reprobatione dicitur. Nō cal cauerūt eā filij istitorū: nec ptrāsijt per eam leena. Institores negocia= tores dicimus pro eo q̄ eo exercen do operi insistūt. Omnis ergo qui fidelium mores instituunt: spāle ne gociū gerūt. vt cū p̄dicatione sue auditoribus p̄bēt ab eis fidē et ope ra recta percipiāt. sicut de sancta ec

clesia scriptũ ē. Sindonē fecit ⁊ vēdi
dit. De qua ꝑaulo post illic dicit̃.
Uidit ꝙ bona est negociatio eius.
Quid ergo institores nisi prophe=
te sancti vocati sunt q̃ sinagoge mo
res ad fidē instruere prophetando
curauerunt. Quoꝝ nimirũ filij scti
apl̃i nuncupant̃: qui vt dñi hoīe cre=
derent ad eandē fidem ex eoꝝ sunt
predicatione generati. De quib⁹ ec
clesie per ꝑsalmistam dicit̃. ꝑro
p̃s. xliij: patribus tuis nati sunt tibi filij. c. e.
p. s. s. terrā. Sꝫ qꝛ repulsi apostoli
a synogoge finibus sunt egressi: re=
cte nunc dicitur. Non calcauerũt eā
se filij institoꝝ. Calcarēt quippe eā
institoꝝ filij: si p̄dicatores scti eius=
dē synagoge vicia calce ꝟtutis p̄me
rent. Si autem institores eosdem
ecclesie predicatores accipim⁹: isti=
torum filios: pastores ⁊ doctores q̃
apostolorum vitā secuti sunt: nil ob
stat intelligi. Qui synagogam mi=
nime calcauerunt: qꝛ dum eorũ pa=
tres. i. apostoli ab illa repulsi sunt:
ipsi quoqꝫ ab eius vocatione cessa=
uerunt. per quē vcꝫ synagogam le=
ena nō ꝑtrāsijt: quia sancta ecclesia
collectioni gentium dedita nequa=
ꝙ se ad illum iudee populuꝫ diuti⁹
occupauit. Recte autem ecclesia le
ena nuncupatur: quia male viuētes
in vicijs ore sancte predicationis in
terficit. Uñ et ipsi p̄mo pastori: qua
si hui⁹ leene ori dr̃. Macta et mādu
ca. Quod mactatur a vita occiditur
Id vero ꝙ comeditur: in comeden=
tis corꝑe cōmutat̃. Macta ħ ⁊ man
duca dicitur. i. a pctō eos quo viuũt
interficeret et a se ipsis illos in tua
mēbra cōuerte. Et qꝛ ħ eccl̃ia corp⁹
est dñi: ip̄e ēt dominus Jacob voce
leo vocat̃ ex se: leena vocat̃ ex corpo
re dũ ei sub iude sp̄s dr̃. Ad p̄dā fi=
li mi ascēdisti requiescens accubasti
vt leo et quasi leena. Quis suscita=
bit eũ: hec igitur leena nequaꝙ dici
tur: qꝛ ꝑ iudeā non transiuit: sed nō
pertransiuit. Apl̃is quippe predicā

tibus pri⁹ ex illa tria milia: postmo=
dum quinqꝫ milia crediderunt. Ec=
clesia itaqꝫ per synagogā transijt. sꝫ
non ꝑtrāsijt: quia ex illa ad fidē pau
cos rapuit: sꝫ tñ illũ ppm: a ꝑñdia
funditus non extinxit.

Leene noīe babilonia designa
tur: sicē ꝑ Eliphat sub hebreo
rũ figura aduersus beatũ Job dict
tur. Rugit⁹ leonis ⁊ vox leene: ⁊ dē
tes catulorum leonuꝫ contriti sunt.
Leonis quippe noīe antiqu⁹ hostis
itelligit̃. Leene vero noīe: hui⁹ mũ
di ciuitas. i. babilonia exprimit̃ que
cōtra vitā inocētiũ imanitate crude
litatis effrenat̃. Que antiquo hosti
q̃si seuissimo leoni sociata ꝑuerse ꝑ=
suasiōis ei⁹ semia ꝯcipit: ⁊ reprobos
ex se filios ad sil̃itudinē illi⁹ q̃si cru=
deles catulos gignit Catuli autem
leonũ sunt q̃libꝫ reprobi ad vnꝙ vi=
tā malignoꝝ spirituũ errore gñati.
Qui ⁊ simul oēs vniuersā mũdi ci=
uitatē quē p̄diximus babyloniā faciũt
et tñ ideꝫ singuli babilonie filij q̃si
nō leena sꝫ leene catuli vocāt̃. Sicut
eñ syō tota simł eccl̃ia dicit̃. filij aũt
syō sctōꝝ quiqꝫ singuli mēorāt̃. ita ⁊
filij babylonie singuli q̃qꝫ reprobo=
rũ: ⁊ eadē babilonia sil̃ oēs reprobi
vocantur. Sꝫ scti viri ꝙdiu i hac vi=
ta sunt: semetipsos sollicita circũspe
ctione custodiũt ne leo circum iēs i=
sidiādo subripiat. i. ātiquus hostis
sub aliq̃ imagīe ꝟtutis occidat. Ne
leene nox aurib⁹ obstrepat. i. ne ba=
bilonie glīa sensũ ab amore p̄rie ce=
lestis auertat: ne catuloꝝ dētes mor
deāt. i. ne reproboꝝ ꝑsuasio: corde
cōualescat. At cōtra hereticā q̃si de
sctītate securi sũt qꝛ vite sue meritis
cũcta se suꝑasse suspicant̃. Uñ recte
nũc dr̃. Rugitus leonis ⁊ vox leene
dētes catuloꝝ leonũ ꝯtriti sũt. Ac si
aꝑte diceret̃. Nos iō nullis flagell̃
atterimur: ⁊ qꝛ ꝟtute antiq̃ hostis ⁊
cupiditatē frene gl̃e: ⁊ ꝑsuasiones
reproboꝝ oīm vite meritis superan
do calcamus.

LEne nomine mens humana
deſignatur:ſicut per beatum
Job dicitur. Et ꝑpter ſuperbiam
quaſi leenam capies me. Superna
diſpenſatio idcirco nos tota ſui in=
tentione ſeruientes carnis noſtre ꝑ
mittit impugnationibus concuti:
ne mens nr̃a in ſuperbiam p̃ſum=
ptione ſue ſecuritatis audeat eleua
ri:vt dum pulſata trepidat in ſolo
auctoris adiutorio ſpei pedem ro=
buſtius ponat. Unde bene dicitur
⁊ ꝑpter ſuperbiam:quaſi leenã ca=
pies me. Leena quippe cum eſcam
catulis requirit:inhianter in foueã
captionis ruit. Sicut enim ex qui=
buſdã regionibus fertur:fit in eiꝰ
itinere fouea in qua pecus deponi
tur:vt illuc ſe eius appetitu ꝓice=
re leena ꝓuocetur:que anguſta ſi=
mul ⁊ alta preparatur:vt in eã am
biendo ruere valeat:ſed hãc ſaliẽ=
do nullomõ euadat. Alia quoqꝫ
fouea:que priori cohereat effodit:
que tamen ei in qua pecus eſt ex=
treme partis apertioue coniungit
In qua nimirum cauea ponitur:
vt leena corruens qꝛ de ſuper terro
ribus vrgetur cum quaſi i ſecretio
ri parte fouee occultare ſe appetit
caueam volens intret. Cuius iã ſe=
uitia minime ꝑtimeſcitur: qꝛ clau=
ſa in caueam leuatur. Que eñ ſua
ſpõte in foueam corruit:ad ſuperio
res partes circumſepta vectibus re
dit. Sic ſic nimirũ humana mens
capta eſt:que ĩ libertate arbitrij cõ
dita dum nutrire deſideria carnis
appetijt quaſi leena catulis eſcam
queſiuit: atqꝫ in deceptionis ſue fo
ueam cecidit:que ſuadente hoſte
ad cibum ꝓhibitum manũ tetẽdit
Sed in fouea ꝓtinus caueã inue=
nit:qꝛ ſponte ad mortem veniens
corruptionis ſue mox carcerẽ per
tulit:atqꝫ ad auras liberas gratia
interueniente perducitur. Sed cũ
multa agere conatur ⁊ non valet:
eiuſdem corruptionis ſue obſtacu
lis quaſi cauee vectibꝰ ligatur. Jã
quidẽ eã ĩ qua ceciderat damnatio
nis foueam euaſit:qꝛ ſecutere mor
tis ſupplicium manu redemptoris
adiuta ad veniam redeundo ſupe=
rauit. Sed tamẽ coartata caueam
tolerat:qꝛ ſuperne quoqꝫ diſcipline
nexibus cingitur ne per carnis deſi
deria vaget. Que ergo ſponte ſua
in foueam cecidit ad auras liberas
clauſa redit:qꝛ ⁊ per libertatem ar
bitrij in culpam corruit:⁊ tamen a
ſuis motibus cõditoris gratia coa
ctam nolẽtẽqꝫ reſtringit. Poſt fo=
ueam itaqꝫ caueã patitur: que ere
cta ex eterno ſupplicio a praue vo=
luntatis motibus ſub celeſtis arti=
tificis diſpenſatione religatur. Re
cte ergo dicitur: ⁊ ꝑpter ſuperbiã
quaſi leenam capies me:qꝛ ⁊ liber
homo per cibum ſibi mortem in=
tulit:⁊ reductus ad veniam ſub di=
ſciplina melius clauſus viuit. Qua
ſi leena ꝑꝑ ergo ſuperbiã captꝰ eſt
qꝛ nũc inde eum diſciplina ſue cor=
ruptionis deprimit:vnde tranſgreſ
ſionem precepti non timens auda
cter in foueam ſaltũ ded.i.t. ¶ Sed
ſi parũ per obtutum mentis a cul=
pa primi parentis auertimus nos
adhuc q̃tidie vt leena capi per vici
um elatiõis inuenimꝰ. Sepe nãqꝫ
homo acceptis virtutibus in auda
ciam ſue preſumptiõis erigitur: ſꝫ
mira diſpenſatiõe pietatis:ante eiꝰ
oculos res quilibet in qua corruat
ordinatur:dũqꝫ per culpam aliq̃d
appetit:quid aliud q̃ predã in fo=
uea cõcupiſcit. Sua ſponte inhiãs
cadit:ſed ſuis viribus ſurgere non
valet. Qui cum ſe nil ex ſe eſſe con
ſiderat:diſcit ꝓculdubio:cuiꝰ adiu
torium requirat. Quõ tamen ſup
na miſeratio captum quaſi a fouea
euehit:qꝛ hunc infirmitate cognita
ad veniaꝫ reducit. Leene itaqꝫ mo
re ꝑpter ſuperbiam ad ſuperiores
partes in cauea remeat:qui de vir=
tute cum extollitur lapſus ad deſi

deria in humilitate religat. Quia enim prius ꝓpria ꝓsumptione perierat: mira pietate agitur vt infirmitatis sue iam noticia clausus viuat. Et qꝛ sanctus vir crebro hominibus accidere conspicit: nostri in se periculi vocem sumit: vt cum nos eius fletus agnoscim⁹: que in nobis sint flenda discamus.

¶ Capitulum. XIX. De Tigride

¶ In scriptura sacra tigridis nomine: aliquando quilibet hypocrita: aliquando diabolus designatur.



Igridis nomīe hypocrita q̄libet designat: vn̄ eliphat beatū iob tā꜄ maculis simulationis variū arguens dicit. Tigris periit eo ꝙ nō haberet p̄dam. Que nāq꜄ nomine tigridis: nisi beatum Job nota varietatis signat vel aspersum maculis simulationis. Omnis nam꜄ simulator in eo ꝙ videri rectus appetit: mundum se per omnia ostēdit Quia dum virtutes quasdam per hypocrisiꝫ assumit ⁊ occulte semet ipsum viciis subicit: quedā latētia vicia repente in faciē erūpunt ⁊ sup ducte simulationis quasi visionis coriū ex ordinatione sua variū ostēditur: vt plerum꜄ mirum sit cum homo qui tantis virtutibus polle re cernitur: etiam tam reprobis actibus inquinetur. Sic nimirum omnis hypocrita tigris est: qꝛ dum mundus color dissimulatione ducitur: vicioꝝ nigredine interrūpēte variat. Sepe em̄ dum de castitatis mūdicia extollit: sorde auaricie fedat. Sepe dum de virtute largitatis speciosus ostendit: luxurie maculis inquinat. Sepe vō de castitatis atq꜄ largitatis decore vestit: velut ex zelo iustitie crudelitatis asperitate fuscatur. Sepe largitate castitate pietate ex pulchra visione īduit: sed interfusa obscuritate sup bie notatur. Sic꜄ fit vt inter mixtis viciis dum mundam in se spēm hypocrita non ostendit: quasi vnū colorē tigris habere nequaꝙ possit. Que videlicet tigris rapit predā: cū hūani sibi fauoris vsurpat gloriam. Qui enim rapta laude extollitur: quasi p̄da satiatur. Bene autem hypocritarū laus p̄da dicit. Preda quippe est: cum aliena violentur auferuntur. Omnis autem hypocrita: qꝛ vitam iustitie simulans iustoꝝ sibi laudē arripit: alienum profecto est ꝙ tollit. Eliphat itaq꜄ qui beatū Job incolumitatis sue tēpore laudāda egisse cognouit: percussione subsequēte hoc illū tenuisse per hypocrisim credidit dicens. Tigris periit: eo ꝙ non haberet p̄dam. Ac si aperte dicat. Varietas tue simulationis extīcta est: qꝛ ⁊ adulatio laudis ablata ⁊ iam tua hypocrisis predā non habet: qꝛ percussa diuinit⁹ hūanis fauorib⁹ caret

Potest autē tigridis nomine diabolus designari: vnde eliphat sub persona hereticorum destītate vite elatus dicit. Tigris periit eo ꝙ nō haberet predā. Sathā quippe ꝓpter multiformis astutie varietatē non incongrue tigris vocat. Modo nā꜄ se sicut est perditus humanis sensibus obicit: mō quasi angelum lucis ostēdit modo stultoꝝ mētes blādiēs persuadet: mō ad culpā terrēdo pertrahit mō suadere vicia apte nitit: modo ī suis suggestionibus sub virtutis spē palliat. Qꝛ ergo tāta varietate res ꝑgit iure diabol⁹ tigris vocat. Heretici itaq꜄ qꝛ de sanctitatis presumptione superbiūt: quasi exultātes

dicũt. Tigris periit eo q nõ haberet pdã. Ac si aperte dicãt. Uetus[9] aduersarius i nobis pdã non habet: q: qtum ad nostra studia: tam victus tacet.

Capitulum.XX. De Pardo.



Pardi noie peccatorũ maculis varii[9] designatur: sicut p ysaiam de cõuertendis peccatorib[9] dr Pardus cũ hedo accubabit. quid em per pardũ: nisi peccatis variis aspsum: et quid p hedũ: nisi eũ q se peccatorẽ humiliter cognoscit accipimus. Pardus aũt cum hedo accubat: cũ is q peccatorũ suorũ maculis varius fuit: cũ eo q se despicit et peccatorẽ fatet humiliare cõsẽtit

Capitulum.XXI. De Lupo

In scriptura sacra lupi nomine: aliquãdo raptor quilibet: aliquando diabolus intelligitur.

Lupi nomine raptor quilibet designatur sicut p ysaiam dicit. Habitabit lupus cũ agno. Quid em p lupum nisi rapinis inhiantẽ: et quid p agnũ nisi mitẽ qlibet intelligimus. Lupus aũt cũ agno habitat: q: p sancte caritatis viscera hii q in seculo raptores fuerunt: cũ mansuetis ac mitibus in pace condescũt. Hinc i euãgelio scriptũ ẽ. Mercẽnari[9] ãt et q nõ est pastor: cui[9] nõ sunt oues pprie: videt lupũ venientem: et dimittit oues et fugit. Mercẽnarius et nõ pastor vocat: q nõ p amore intimo oues dñicas: sed ad tẽporales mercedes pascit. Mercẽnari[9] qppe est: qui locũ pastoris tenet: sed lucra animarũ nõ qrit: terrenis cõmodis inhiat honore plationis gaudet tẽporalib[9] curis pascit: impẽsa sibi ab hoib[9] reuerentia letat. Iste sũt em mercedes mercẽnarii: vt p eo ipso q i n regimine laborat: hic q qrit inueniat: et ab hereditate gregis i posterũ alien[9] existat. Utrũ vero pastor sit an mercẽnari[9] cognosci veraciter nõ põt: si occasio necessitatis deest. Trãqllitatis em tpe plerũq ad gregis custodiã sic ver[9] pastor: sic et mercẽnarius stat. Sed lupus veniẽs indicat: quo qsq aio sup gregis custodiã stabat: lupus etenĩ sup oues venit: cũ quilibet iniust[9] et raptor fideles qsq atq humiles opprimit. Sz is q pastor eẽ videbat et nõ erat: relinqt oues et fugit: q: dũ sibi ab eo piculũ metuit resistere ei[9] iiusticie nõ psumit. Fugit aũt nõ mutando locũ: sed subtrahẽdo solaciũ. Fugit: q: in iustiaã vidit et tacuit. Fugit q: se sub silentio abscõdit. Quib[9] bñ p pphetam dr. Non ascendistis ex aduerso neq opposuistis vos murũ p domo israel: vt staretis in plio in die dñi. Ex aduerso qppe ascẽdere est: qb[9] libet potestatibus praue agẽtibus rõnis libera voce cõtraire. Et i die dñi p domo israel i prelio stamus ac murũ opponim[9]: si fideles innocẽtes: cõtra puersor i iusticiã ex iusticie auctoritate vidicam[9]. Quod q: mercẽnarius nõ facit: cũ venietẽ lupum viderit fugit.

Est aũt alius lupus qui sine cessatione qtidie non corpora: sed mentes dilaniat malignus videlicet spiritus: qui caulas fidelium insidiando circuit: et mortem animarũ querit. De quo lupo dicitur. Et lupus rapit et dispgit oues Lupus venit et mercẽnarius fugit q: malign[9] spũs mẽtes fideliũ itẽptatiõe dilaniat et is q locũ pastoris tz curã sollicitudis nõ hz. Uie pereũt: et ipe d terrenis cõmodis letat lup[9] rapit et dispgit oues: cũ aliũ ad

luxuriam pertrahit. Alium ad auaricia attēdit. Alium in superbiā erigit. Alium per iracundiam diuidit. Hunc inuidia stimulat illum fallacia supplantat. Quasi ergo gregē lupus dissipat: cum fidelium populum diabol⁹ per tētationes necat. Sed contra hoc mercennari⁹ nullo zelo accēditur: nullo feruore dilectionis excitatur: qz dum sola exteriora cōmoda requirit īteriora gregis damna negligenter patit. Uñ ꝛ mox adiungitur. Mercennarius autem fugit: qz mercennarius est: ꝛ non pertinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa est: vt mercēnari⁹ fugiat: qz mercēnari⁹ est. At si apte diceretur. Stare ī pericula ouium non potest: qui in eo ꝙ ouibus p̄est: non oues diligit: sed lucrū terrenum querit. Dum enim honorē amplectitur: dum temporalib⁹ cōmodis letatur: opponere se contra periculum trepidat: ne hoc ꝙ diligit amittat.

¶ Caitulum. XXII. De Onagro.

¶ In scriptura sacra: cū onager singulari numero ponitur: aliquando iustus quilibet solitari⁹ aliquādo incarnatus dominus: aliquando is qui cuncta que agit desiderat: aliquando gentilis populus: aliquando is qui in cāpo fidei positus nullius officij loris ligatur. Cū vero pluraliter onagri dicuntur: aliquando heretici exprimuntur: aliquando iudei.

Onagri nomine solitari⁹ quibet designatur: sicut dominica voce ad beatū Iob dicitur. Quis dimisit onagrum liberum: ꝛ vincula ei⁹ quis soluit. Onager enim qui in solitudine cōmoratur non incongrue eorum vitam significat ꝗ remoti a turbis popularibus conuersantur qui apte etiam liber dicitur: quia magna est seruitus secularium negociorum quibus mens vehementer atteritur: quis ī eis spōte desudetur. Cuius seruitutis conditiōe carcere est: ī mundo iam nichil concupiscere. Quasi enim quodam iugo seruitutis p̄mūt prospera dū appetūt: premūt aduersa dum formidantur. At si quis semel a dominatione desideriorum temporalium colla mētis excusserit: quadā etiam in hac vita libertate perfruit dum nullo desiderio felicitatis afficitur nullo aduersitatis terrore coartatur. Hoc graue iugum seruitutis dominus vidit secularium ceruicibus impressum cum diceret. Uenite ad me omnes qui laboratis ꝛ onerati estis: ꝛ. e. v. r. Tollite iugum meū. s. v. ꝛ. d. a me qz. m. ꝛ. h. c. ꝛ inuenietis requiē. a. v. iugū enim meū. s. ē ꝛ. o. m. leue. Asperū quippe iugum ꝛ dure sicut dixim⁹ seruitutis est pondus subesse temporalibus ambire terrena retinere labentia velle stare in nō stantibus appetere ꝗdē trāseuntia: sȝ cū trāseuntibus nolle transire. Dū ei cōtra votum cuncta fugiunt: qui p̄i⁹ mentem ex desiderio adeptionis afflixerant: post ex pauore amissionis p̄munt. Liber ergo dimittitur qui calcatis terrenis desiderijs ab appetitione rerū temporalium securitate mētis exoneratur. Soluūtur vero vniuscuiusqȝ vincula: dū diuino adiutorio interna desideriorum carnalium retinacula disrumpuntur. Cum enim pia intentio ad conuersionem vocat: sed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas reuocat: quasi quibusdam vinculis: anima ligata prepeditur. Multos eñ sepe videmus vitā quidē sancte conuersatiōis appetere: sed ne hāc ad sequi valeant modo irruentes casus mō futura aduersa formidare qui in certa mala dum quasi cauti ꝓspiciunt: in peccatorum suorū vinculis incauti retinentur. Multa namqȝ ante oculos ponunt: que si

eis in conuersationem eueniāt. sub sistere se non posse formidant. De quibus bene salomon ait. Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Nā cum viam dei appetunt: eos velut spine obstantium sepium. sic formidinum suarum opposite suspiciões pungunt. Quod quia electos impedire non solet: bene illic secutus adiunxit. Uia iustorum absq3 offendiculo. Justi quippe in cõuersatiõe sua qlibet eis aduersitatis obuiauerit non impingunt quia temporalis aduersitatis obiectacula eterne spei et interne contẽplatiõis saltu transcendunt. Ait ergo. Quis dimisit onagrum liberum et vincula eius quis soluit. subaudis nisi ego Soluit itaq3 dominus onagri vincula: quando ab electi vniuscuiusq3 animo infirmarum cogitationum nodos rumpit: et protinus dissipat omne quod illectā mentẽ ligabat.

Potest autem onagri nomine incarnatus dominus designari. Nec indignum quis iudicet. per tale animal incarnatum dominum posse figurari. dum constat omnibus quod per significationem quādam in scriptura sacra et vermis et scarabeus ponatur sicut sctiptū est. Ego autẽ sum vermis et nõ homo et sicut apud. lxx. interpretes per ꝓphetam dicit. Scarabeus de ligno clamauit. Cum ergo tam abiectis et vilibus rebus figuratur: quid de illo contumeliose dicit. de quo constat proprie nichil dicatur Uocatur etenim agnus: sed propter innocẽtiam. Uocatur leo: sed propter potentiam. Aliquando etiam serpẽti comparatur sed propter mortẽ vel sapientiam. Atq3 ideo per hec oīa dici figuraliter potest: quia de his oīb⁹ aliqd credi essẽtialiter nõ põt. Si enim vnum horum quodlibet essentialiter existeret: alterum iam dici non posset. Nam si agnus proprie diceretur leo iam dici nõ posset Si leo proprie diceretur: per serpentem signari nõ posset. Sed hec omnia in illo dicimus. tanto latius in figura: quanto longius ab essentia. Potest ergo onager incarnatū dominum designare. Agri quippe est animal onager. et quia incarnatus dominus gentilitati magis q̄ iudee profuit animale corpus assumens quasi non in domum sed potius in agrum venit. De quo agro gentilitatis per psalmistam dicitur Species agri mecum est. Incarnatus itaq3 dominus qui in forma dei equalis est patri: in forma serui minor est patre. qua minor est etiā se ipso. Dicatur ergo a patre de filio secundū formam serui. Quis dimisit onagrum liberū ⁊ vincula eius quis soluit. Omnis quippe qui peccat: seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus nostre particeps fact⁹ est nature nõ culpe. liber dimissus dicitur. quia sub peccati dominio non tenetur De quo alias scriptum est. Inter mortuos liber. Dimissus dicitur quia naturam nostram suscipiens. iniquitatis iugo nullo modo tenetur. Quot q̄uis macula nostre culpe non attingit: passio tamen nr̄e mortalitatis astrixit. Unde et post gratiā liber dimissus dicit recte de illo adiungitur. Et vincula eius qui soluit. Uincula quippe eius tunc soluta sunt: cum infirmitates passionis illius ĩ resurrectionis sunt ĩ gloria cõmutate. De quibus vinculis petr⁹ apostolus attestatur dicens Quẽ deus suscitauit solutis doloribus inferni iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eis.

Onagri nomine is qui cuncta que desiderat agit designat: sicut de vano viro per sophar dicit: Et quasi pullum onagri: liberū se natum putat Per pullum quippe onagri omne agrestium genus exprimitur. quod nature dimissū mo

ribus loris dominantium nō tenetur. Onagri nāq3 in libertate ⁊ ire quo appetunt et quiescere cū lassantur. ⁊ quemuis insensatis animalib⁹ homo longe sic melior: hoc tamē plerumq3 homini non licet quod brutis animalibus licet. Que enim ad aliud minime seruātur eorum motus procul dubio nequaquem sub disciplina restringitur. Homo aūt quia ad sequentem vitam ducit necesse est profecto vt in cunctis suis motibus sub discipline dispositiōe et quasi domesticum animal loris vinctum seruiat. atq3 eternis dispositionibus viuat. Qui ergo imple re cuncta que desiderat per effrenatā libertatē querit. quid aliud q̄ʒ pullo onagri esse similis ↄcupiscit: vt discipline hunc lora nō teneant. sed audenter vagus p̄ siluā desideriorum currat.

Onagri nomīe gentilis populus designatur sicut p̄ beatū iob dicitur Nūquid rugiet onager cum habuerit herbam aut mugiet bos cum ante presepe plenum steterit. Quid namq3 per onagruȝ .i. agrestem asinum. nisi gentilis populus designatur. Quem sicut natura extra stabula discipline edidit ita vagus in voluptatū suarum cāpo permansit. Quid enim per bouem nisi plebs iudaica figuratur q̄ iugo dn̄ationis superne supposita ad spem proselitos colligens: per corda que valuit vomerem multos etiam ex gentibus credam⁹. Et nascente domino symeonem ī spiritu templum veniente didicimus quāto desiderio ex plebe israelitica: sācti viri incarnationis eius mysteriū videre cupierunt. Unde et p̄ eundē redemptorē discipulis dicit. Dico vobis multi reges ⁊ p̄phete ⁊ iusti voluerunt videre que videtis: ⁊ nō viderunt. Herba ergo onagri ⁊ fenum bouis est. hec ipsa mediatoris incarnatio per quam simul gentilitas et iudea satiatur. Quia etenim p̄ prophetā dicitur omnis caro fenum: vniuersitatis conditor ex nostra substātia carnem sumens. fenum fieri voluit: ne nostra ī p̄petuū feni caro remaneret. Tūc ergo onager herbā inuenit: cū gentilis populus gratiā diuine incarnationis accepit. Tunc bos vacuum p̄sepe non habuit: cum plebi iudaice: eū carnem lex exhibuit. quē diu expectanti prophetauit. Unde ⁊ nat⁹ dominus in presepe ponit. vt videlicet signaretur: quia scā animalia: que ieiuna diu apud legem inuenta sūt incarnationis eius feno satiantur. Presepe enī natus impleuit. qui cibum semetipsum mentibus mortalium prebuit dicens. Qui mādu cat carnem meam ⁊ bibit sanguinē meū in me manet ⁊ ego in eo. Sed quia diu et gentilū vota dilata sunt et ex ebraico populo sancti quiq3 lōgo tempore redemptionem suam expectando gemuerunt bene beatus iob prophete mysteria narrās ex vtraq3 natione: causas afflictiōis insinuauit dicens. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbā .a.m. b.c.a.p.p. steterit. ac si aperte dicat. Idcirco gentilitas gemit: quia eam nec dum redemptoris sui gr̄a reficit atq3 ideo iudea mugitus dilatat. q2 legē tenēs s3 legis auctorē non vidēs stās ante presepe ieiunat

Possunt aūt onagri nomīe designari hij q2 ī campo fidei positi nullius officij loris ligantur. Bouis quoq3 significatio illos exprimit quos intra sanctā ecclesiam a p̄dicatiōis officiū suscepti ordinis iugum premit Herba vero onagri et pabulum bouis est interna refectio populi fidelis. Alij nāq3 more bouis intra ecclesiam. suscepti officij loris. tenent alij more onagri sacri ordinis stabula nesciunt et cāpo p̄prie volūtatis degunt Sed cū q3 ex vita seculari necessarie visionis

desiderio estuat. cũ refectiõis ītime pabulũ ɔcupiscit. cũ ieiuniũ ī se peregrinationi huius cecitate: cõsideratis quib⁹ valet fletib⁹ reficit: quasi non inueniens herbam onager rugit. Alius quoq; necessitatem suscepti ordinis tollerans in labore predicationis exsudat. ꝛ ꝑ eternā iam ɔtemplationē refici appetit sed qꝛ redemptoris sui speciē nec dũ ɔspicit. quasi bos ad presepe vacuum ligatus gemit. Quia enim longe ab interna sapientia positi. eterne viriditatis hereditatē nõ cernimus: velut bruta aīalia: a desiderata herba ieiunamus. De qua nimirũ herba dicitur: per me si quis introierit saluabit̃ et ei. ꝛ. e. ꝛ. pascua īueniet.

Onagrorꝫ nomīe heretic⁹ quilibet designat̃. sicut scriptuꝫ est. Alij q̃si onagri in deserto egrediunt̃ ad op⁹ suũ. Sũt nõ nulli heretici. q̃ ppl̃is admisceri refugiũt: sꝫ secessũ vite secretioris petunt. Qui plerũq; eos quos inueniunt eo amplius peste sue ꝑsuasionis inficiũt. quo quasi ex vite meritis reuerentiores videnẗ. De q̈bus nunc dicit̃. Alij quasi onagri in deserto egrediunt̃ ad opus suũ. Onager enī agrestis est asinus. Et recte in hoc loco onagris ɔparant̃ heretici: qꝛ in suis voluptatibus dimissi a vinculo sũt rationis fidei alieni. Vñ scriptũ est. Onager assuetus in solitudine in desiderio aīe sue attraxit ventũ oris sui. Onager quippe in solitudīe assuetus est. qꝛ dũ cordis sui discipliē virtutē excolit: ibi habitat vbi fructus nõ est Qui in desiderio anime sue ventũ oris sui attrahit: quia eos q̃ ex desiderio sciētie ī mēte ɔspicit inflare preualēt nõ edificare. Quo cõtra dicit̃. sciētia inflat caritas edificat. Vñ hic quoq; ɔgrue infertur. Egrediunt̃ ad op⁹ suũ Nõ ei dei sed opus suũ ꝑagũt: dũ non recta dogmata sed ꝓpria desideria sequunt̃ Scriptũ quippe est Ambulans in via immaculata: hic michi ministrabat. Qui ergo nõ ī via immaculata ābulat sibi magis quā dño mistrat psal. C

Onagrorꝫ noīe iudei designãtur: sicut ꝑ ieremiã dicitur: Onagri steterũt in rupib⁹ traxerũt ventos quasi dracones. Defecerũt oculi eorum quia non erat herba. Quid eni ꝑ onagros vel dracones nisi supbi ac nequissimi iudei designãtur. Ipsi q̈ppe onagri ꝓ meritis elationes: ipsi dracones ꝓ virulenta cogitatiõe vocati sũt. Qui steterũt rupibus qꝛ nõ deo sed in sũmis potestatibus hui⁹ mũdi ɔfisi sũt. dicentes. Nõ hēmus regē nisi cesarē Traxerũt ventos: quasi dracões: qꝛ spũ elationis inflati supbia malitiosa tumuerũt. Defecerũt oculi eorꝫ qꝛ scilicet spes eorꝫ ab eo qð intendebat corruit. q̃ tpalia diligēs prestolari eterna neglexit ꝛ terrena ideo quia deo ꝑposuit amisit. Dixerũt eni si dimittimus eũ sic: oēs credēt in eũ. Et veniēt romani et tollēt nostrum locũ ꝛ gentē. Timuerũt ne locũ non occiso dño ꝑderēt ꝛ tñ occiso ꝑdiderũt. Sed cur ista miseris euenerunt subdat. Qꝛ nõ erat herba. i. qꝛ eorũ cordib⁹ desinit eternitatis sciā ꝛ nullo eos refert pabulo viriditatis interne doctrina.

Cap. XXIII. De onocentauro.

Onocētaurorꝫ noīe lubrici ꝛ elati designant̃: sicut ɔ̃ puersā mentē sub iudee specie ꝑ ysaiam dr̃. Ecce cubile draconũ ꝛ pascua strucionũ et demonia onocentauris occurrēt Quid eī ꝑ dracones: nisi malicia. et quid ꝑ structiões nisi ypocrisis designat̃. In puersa igit̃ mēte draco cubat ꝛ strutio pascit̃: qꝛ ꝛ latens malicia callide regit̃ ꝛ intuentiũ oculis simulatio bonitatis aũfert. Quid. ꝟo onocētaurorꝫ noīe nisi ꝛ lubrici figurant̃ ꝛ elati Greco q̈ppe eloquio. onos asin⁹ dr̃ ꝛ asini appellatiõe luxuria designat̃ ꝑ h'a attestãte q ait

Ut carnes asinorum carnes eorum Tauri autem vocabulo: ceruix superbie demonstratur: sicut voce dominica: de iudeis superbientibus per psalmistam dicitur. Tauri pingues obsederunt me. Onocentauri ergo sunt qui subiecti luxurie vicijs. inde ceruicē erigunt: vnde humiliari debuerunt. Qui carnis sue voluptatibus seruientes: expulsa longe verecundia nō solum se amittere rectitudinem non dolent: sed adhuc etiam de opere confusionis gaudent. Onocentauris autem demonia occurrunt. qz maligni spiritus: valde eis ad votum deseruiūt quos de his gaudere conspiciunt q̄ flere debuerunt.

¶ Capitulum. XXIIII.
De Rinocerotis

¶ In scriptura sacra rinocerotis nomine: aliquando potens ī hoc seculo aliquando superbus iudaicus populus intelligitur.


Rinocerotis nomīe potentes huius seculi designāt: sicut voce dn̄ica ad beatum iob dicit. Nunquid volet rinoceros seruire tibi. Rinoceros enim indomite omnino nature est: ita vt si quando captus fuerit: teneri nullatenus possit. Impatiens quippe vt fertur illico moritur. Eius vero nomen latina lingua interpretatum sonat in nare cornu. Et quid aliud in nare: nisi fatuitas. quid in cornu nisi elatio designatur. Quid ergo in rinocerote hic: nisi potentes huius seculi designantur vel ipse in eo summe principatuum potestates: qui tipo fatue iactationis elati. dū falsis exterius inflantur honoribus veris miserijs interi⁹ inanescunt. Quibus bene dicitur Quid superbit terra et cinis. In ipsis vero inicijs nascentis ecclesie. dum contra illam diutium se potestas extollet: in eius necem immēsitate tāte crudelitatis anhelaret. dum tot cruciatibus anxia tot persecutionib⁹ pressa succūberet: quis tūc credere potuit quod illa erecta et aspera sibi colla superborum subijceret: et iugo sancti timoris edomita nutib⁹ fidei loris ligarentur. Qui quippe in exordijs suis rinocerotis huius cornu ventilata conualuit et cornu suum rinocerosiste feriendo lassatus inclinauit. Quodqz impossibile hominibus fuit deo difficile non fuit: qui potestates huius mūdi rigidas. non verbis sed miraculis fregit. Ecce enim quotidie rinocerotes seruire agnoscimus: dum potentes huius mundi: qui iniurijs suis fatua dudum fuerant elatione confusi deo subditos iam videmus. Quasi de quodā idomito rinocerote. dn̄s loq̄bat cuz diceret Diues difficile intrabit in regnū celorum. Cui cum responsum esset quis poterit saluus fieri: ilico adiūxit. Apud homines impossibile est apud dominum autem omnia possibilia sūt. Ac si diceret. Rinoceros iste humanis iuribus mansuescere non potest. sed tamen diuinis subdi miraculis potest. Unde hic quoqz apte beato iob sancte ecclesie typū tenenti dicitur. Nunquid volet rinoceros seruire tibi. Subaudiē vt mihi: qui eum quidem predicamētis hominum diu resistere pertuli: sed tamē cū repētevolui miraculis straui. Ac si aperti⁹ dicat. Nūquid hij qui fatua elatiōe superbiūt. sine meis adiutorijs tue predicationi subduntur. Per quē itaqz preuale as considera: et in omne quod preualeas sensum elationis inclina.

Potest autem rinocerotis nomine superbus iudaicus populus designari. Rinoceros enim qui ꝛ monoceros grecis exemplaribus nominatur tante esse fortitudinis dicitur. vt nulla venantiū vir-

tute capitur. Sed sicut hij asserũt qui discribẽdis animaliũ laboriosa inuestigatione sudauerunt. virgo ei puella pponitur que venienti sinũ aperit in quo ille omni ferocitate postposita: caput deponit Sicq3 ab eis quibus capi queritur. repente velut eneruis inuenitur. Buxei quoq3 coloris esse describitur. Qui etiam cum elefantis qñ certamẽ aggreditur: eo cornu qđ in nare singulariter gestat ventrem aduersantiuz ferire perhibetur: vt cuz ea que molliora sunt vulnerat impugnantes se facile sternat Potest ergo p rinocerotem vel certe monocerotã scz vnicornem: ille ppl's intelligi: qui dñi de accepta lege non opa sz solam inter cunctos hoĩes elationem sũpsit quasi iter ceteras bestias cornu singulare gestauit. Unde passionẽ suã dñs ppheta cauẽte pñcians ait. Libera me de ore leõis τ a cornib[9] vnicorniũ. h. m. Tot quippe in illa gente vnicornes vel certe rinocerotes extiterunt: quod contra pdicamenta veritatis: de legis operibus singulari et fatua elatione cõfisi sũt Beato igitur iob: sctẽ ecclesie tipũ tenenti dicitur. Nunquid volet rinceros seruire tibi. Ac si apertius dicatur. Nunquid illum populum quem superbire in nece fidelium: stulta sua elatione consideras: sub iure tue predicationis inclinas sub audis vt ego qui τ me illum singulari cornu extolli conspicio τ tñ michi cũ voluero protinus subdo.

¶ Capitulum vigesimoquintũ. De Vehemoth.



Vehemoth nomine diabol[9] designatur sicut voce dominica ad bea. iob dicit Ecce vehemoth que feci tecum. Que nãq3 sub vehemoth nomine nisi antiquuz hostem insinuat. Qui interpretatur ex hebrea voce in latina: animal sonat. Cuius dũ infert[9] malicia subditur patẽter persona mõstratur. Sed cum de deo scriptum sit q2 fecit omnia simul: cur hoc animal: cũ homine fecisse se indicat dñs cuncta q2 simul fecerit cõstat. Rursumq3 querendum est quomodo simul deus cuncta condidit dũ moyses ex dierum mutatione variante distincte creata describit. Qđ tñ citius agnoscimus si ipsas causas originũ subtiliter indagamus. Reruz qppe substãtia simul creata est sz simul species formata non est. Et qui simul extitit p substantiam materie nõ simul apparuit per speciem forme. Sed q2 simul omnia p substantiam creata dicimus: que pdire alia ex aliis inuenimus: quo pacto cuz beato iob vehemoth factus asseritur cum neq3 vna sit substantia angeli τ hominis. neq3 homo angelo neq3 angelus ex homine pferatur. Si vero propter hoc factus vehemoth cum beato iob dr qđ creatura omnis ab auctore qui in actione sua nequaq3 temporis ptelatione distenditur simul condita nõ dubitat cur de vehemoth spiritualiter dicit. qđ cõmune cũ creaturis omnibus generaliter. Sz si rerũ causas subtili discussione pulsamus: simul factum angelũ hominẽq3 cognoscimus. Simul videlicet non vnitate temporis sz cognitione ratiõis. Simul p acceptã ymaginẽ sapientie: sed nõ simul per cõiunctã substãtiã forme Scriptum nãq3 ẽ đ hominẽ Faciamus hominez ad yma. τ. s. n. Gen. po

Et p ezechelem ad sathan dr. Tu signaculũ similitudinis plenus sapiẽtia τ pfect[9] decore i deliciis padisi dei fuisti. In cuncta igitur creatura homo τ angelus simul cõditus extitit: q2 ab omni natura irrationabili distinctus processit. Quia ergo i cuncta conditione rerũ: nullum rationale animal nisi ãgelus τ homo est quicquid ratione vti non potest Ezech. xxviii.

cum homine factum non est Dicat itaqꝫ homini dicatur de angelo: qui ꝛ si potentiā sublimitatis perdidit subtilitatē tñ nature rationalis minime amisit: ecce vehemoth quem feci tecū vt dū homo eū qui i ratione secū factus est perisse cōsiderat: vicinum sibi casum superbie ex ipa proximi sui perditiōe pertimescat

Capitulum de .imūsextū. De Serpente.

Ca.xxvii  Erpentis noīe diabolus designat. Sicut per ysaiam dicit Super leuiatā serpentem vectem: et super lītiatan serpētē tortuosū i terrā. Leuiatan q̄ppe interptatus dr̄ additamentum eoꝝ Quorum scilꝫ nisi hoīnum. Recte autē additamentum eoꝝ dicitur qꝛ postꝙ primam culpaꝫ suggestione intulit hanc quotidie augere grauioribus persuasionibus non desistit Uel certe ꝑ exprobationem leuiatan vocatus est .i. additamentum hominum dictus Eos nāqꝫ in paradyso imortales repperit. sꝫ diuinitatem imortalibus ꝓmittendo quasi eis aliquid vltra ꝙ erant se addere spopondit. Sed dum blande nō habita se daturum ꝓhibuit: callide et habita subtraxit. Leuiathan itaqꝫ iste i eo qd̄ se addere homini spopondit tortuosis ad eū sinibus irrepsit qꝛ duꝫ falso impossibilia ꝓmittit ꝟe ꝛ possibilia sustulit. Querendum vero nobis est cur qui serpentem dixerat tortuosumqꝫ ilico subiungens interposuit vectem nisi forte quod in serpentis fortitudine fluxa mollicies in vecte aūt est duricie rigiditas. Ut ergo hunc ꝛ durū signaret ꝛ mollem. ꝛ vectem nominat: ꝛ serpentem. Durus quippe ē per maliciaꝫ: mollis per blandimētum. Uectis ergo dicitur: quia vsqꝫ ad necē percutit: serpens autem qꝛ semꝑ insidias mollitur infundit.

Capitulū .xxvii. De dracone.

In scriptura sacra draconum nomīe aliqñ antixp̄s aliqñ malicia aliqñ antiquus hostis aliqñ nequissimi iudeorum principes. aliqñ demones. aliqñ aperte mali vel gentiles designātur.

 Raconum nomine antixp̄s designat. Sicut per iohannē in apocalypsi dicitur. Misit draco caudā et traxit tertiā partem stellarum. Quid nāqꝫ draconis noīe nisi antixp̄s. quid in cauda eius nisi extrema ipsius ꝑsuasio intelligitur. Quid vero stellarum nomine nisi ypocritarum fictio demōstratur qui bona que faciunt ad percipiendas laudes hominibus ostendunt. Draconis ergo cauda: stellarum pars in terram trahitur: qꝛ extrema ꝑsuasione antixp̄i: quidam q̄ videntur lucere rapientur. Stellas namqꝫ in terraꝫ trahere est eos qui videntur studio vite celestis inherere ex amore terreno iiquitate aꝑti erroris inuoluere.

Draconis nomīe malicia designatur. sicut contra ꝑuersaꝫ mentem sub iudee specie: per ysaiā dicitur. Erit cubile draconum ꝛ pascua strutionum. Quid namqꝫ per dracones: nisi malicia. qd̄ vero strutionum nomine nisi ypocrisis designatur. Structio quippe speciem volandi habet. Sed vsum volandi nō habet et qꝛ ypocrisis cūctis ītuētibus ymaginem de se sanctitatis īsinuat sꝫ tenere vitā sāctitatis ignorat. In peruersa igitur mente draco cubat et strutio pascitur: quia ꝛ latens malitia callide tegitur. ꝛ intuentium oculis simulatio bonitatis antefertur.

Draconis noīe antiquus hostis designatur: sicut ꝑ iohannem in apocalipsi dr̄. Uidi āgelum descendentem de celo: habentē cla.

uem abyssi et catenam magnam in manu sua ꝛ apprehendit draconem serpentem antiquũ q̃ est dyabolus ꝛ sathan ꝛ ligauit eũ per annos mille ꝛ misit eũ in abyssũ. Quẽ tñ i mũdi fine: ad apertiora certamina reuocat et totum contra nos in suis viribus relaxat. Uñ illic rursum scriptũ est. Cũ cõpleti fuerint. M. anni soluetur sathanas.

Draconũ noĩe nequissimi iudeorum principes designãt. Sicut per ieremiam dr̃. Onagri steterunt in rupibus traxerunt ventũ quasi dracones. Quere in capitulo de onagro. hie. xiiij

Draconum noĩe demones designãtur. sicut p̃ pphetã dr̃. In cubilibus in quib⁹ dracones prius habitabãt: orieẽ viror calami ꝛ iunci. Quid enĩ p̃ calamũ nisi p̃dicatores q̃d p̃ iũcũ q̃ iuxta aq̃ semp̃ humorem nascit̃: nisi pusilli ac teneri auditores sacri eloquij designãt̃. Quid p̃ dracones nisi demonũ malicia exp̃mit̃. In draconũ ĝ cubilibus viror calami et iunci oriet̃: q꞉ i eis populis: quos antiq̃ hostis malicia possidebat. ꝛ doctorũ scientia et auditorum obedientia coacervatur.

Draconum noĩe apte mali vl̃ gentiles designant̃. sicut p̃ pphetam dñs de eoꝝ ꝯuersione pollicendo dicit. Glorificabit me bestia agri. dracones ꝛ strutiones. Quid enĩ i draconũ noĩe nisi in aperto maliciose mẽtes exp̃mũt̃ q̃ p̃ terrã sẽper in infimis cogitatiõibus repunt Quid vo p̃ strutionum nomen nisi hij qui se bonos simulant designãt̃ Qui sanctitatis vitã q̃si volatus pẽnam p̃ speciẽ retinent: s꞉ p̃ opa non exercent. Glĩficari itaqꝫ se dñs a dracone vel strutione asserit: q꞉ ꝛ apte malos ꝛ ficte bonos: plerunqꝫ ad sua obseq̃a ex intima cogitatione cõuertit. ¶ Uel certe agri bestia dñs id est dracones strutiõesqꝫ glorificãt cũ fidẽ q̃ i illo est: ea que i hoc mũdo dudũ mẽbrũ diaboli fuerat gẽtilitas: exaltat. Quã et, ppter malitiã draconũ noĩe exprobat ꝛ, ppter hypocrisim vocabulo struccionum notat. Quasi enĩ pẽnas accepit gentilitas sed volare nõ potuit que naturam rationis ignorauit.

¶ Capitulum vigesimum octauum. De Colubro.

¶ In scriptura sacra colubri nomine aliq̃n dyabolus aliquando antichristus intelligitur.

Colubri noĩe dyabol⁹ designat̃. sicut p̃ beatũ iob dicit̃: Et obstetricãte manu eius eductus est coluber tortuosus. Quis enim colubri noĩe appellat̃ nisi hostis ãtiq⁹ lubricus ꝛ tortuosus: qui decipiendo homini colubri ore locutus est. De quo ꝛ p̃ pphetam dr̃. Leuiatan serpentẽ tortuosum. Qui idcirco loq̃ serpentis ore p̃mittas est: vt ex spõ vase ei⁹ homo cognosceret qualit̃ esset qui intus habitaret. Serpẽs autem non solũ est tortuosus s꞉ etiam lubricus. Quia autem i veritatis rectitudine non stetit tortuosus animal intrauit. Quia vero sugge stiõi eius si prime nõ resistit̃ repẽte totus ad interna cordis dñ non sentitur illabitur: verba ad hoĩem per animal lubricum fecit. Cauerne autem huius colubri corda fuerãt iniquorum. Que quia ad prauitatem propriam traxit: quasi i eorum habitatione requieuit. Sed obstetricãte manu domini: tortuosus coluber de proprijs cauernis expulsus est: quia dum nobis diuina gratia medetur. is qui nos tenuerat antiqu⁹ a nobis hostis eicietur: sicut incarnata veritas dicit. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Unde iam nunc omnes sanctos Jo. xxvi Es. xxvij

non tenendo possidet. sȝ temptādo
persequit̄. Nam q̄ nō in eis intrinse
cus regnat cōtra eos pugnat extri=
secus ⁊ q̄ itus dominiū ꝑdidit bel
lo molitur foras ille eū cuȝ de car=
nalibus hominū cordibus expulit:
qui ꝓpt̄ hoīes ad incarnationem ve
nit. Dūcq̄ȝ corda ifideliuȝ tenuit: q̄si
manum ad latibu lum serpētis mi
sit. Bene igitur obstetricante ma=
nu dn̄i tortuosus coluber in cauer=
nis quas tenuerat habitare prohi
betur: nam victus a fidelium cordi
bus exijt qui suꝑ hec antea sceptro
perfidie regnauit.

COlubri nomine antixp̄s desi
gnatur sicut iacob voce dicit̄
fiat dan coluber in via cerastes in se
mita mordens vngulas equi vt ca=
dat ascensor eius retro. Require i
capitulo de equo.

¶ Capitulum. xxix. De Regulo.

¶ In scriptura sacra cū regulus
singulari numero ponit̄: aliq̄n dya
bolus: aliq̄n antixp̄s intelligit̄ cū ve
ro pluraliter reguli dicūtur demo
nes signantur.



Eguli nomine dya
bolus designatur. si
Esa.xi. cut ꝑ prophetā dr̄
Delectabitur ifans
ab vbere super fora
ramine aspidis. ⁊ i
cauerna reguli q̄ ablactatus fuerit
manum suā mittet Non nocebunt
neq̄ȝ occidēt in vniuerso sctō mōte
meo. Quē namq̄ȝ infanteȝ ab vbere
vel eū ablactatꝰ fuerit. nisi dn̄m ap
pellat. Quid ꝟo foramine aspidis
cauernis reguli. nisi corda signauit
iniquorum. Et antiquus hostis dn̄i
totū se in eorū cōsensum cōtulit: q̄si
in foramine ꝓprio tortuosus sinus
astutie colligēdo glomerauit. quē
et aspidis appellat nomine occulte
seuientē ⁊ reguli apte ferientē. Ma
num ergo suā dn̄s i foramine regu
li atq̄ȝ aspidis misit: q̄n iniquoꝝ cor
da diuina potestate tenuit. Et cōp=
hensum exīde aspidem vel regl̄m
.i. captiuum diabolum traxit: vt in
monte sancto eius q̄ ē ecclesia ele
ctis fidelibus non noceret.

REguli nomine: antixp̄s
designatur. sicut de pra
uis quibusdam scriptū
est. Oua aspidum ru=
perunt ⁊ celas aranee texuerunt. Esa.lix.
Qui comederit de ouis eoꝝ morie
tur. ⁊ quod confotum est erūpet in
regulū. Oua quippe aspidū prauis
hominibus rumpere est: maligno=
rum spirituū consilia que in eorum
cordibus latent peruersis operibꝰ
aperire. Telas quoq̄ȝ aranee: pro
texere est: pro huius mundi concu
piscētia temporalia quelibet opera
ri. que dum nulla stabilitate solida
ta sunt ea proculdubio ventus vite
mortalis rapit. bene auteȝ additur
Qui comederit de ouis eoruȝ mo
rietur quia qui immundorum spiri
tuum consilia respicit vitā in se ani
me occidit. Et quod confotum est
erumpet in regulum: q̄ consilium
maligni spiritus quod corde tegit̄
ad plenam iniquitatem nutritur.
Regulus namq̄ȝ serpentum rex di
citur. Quis vero reproborū caput
est nisi antixp̄s. Quod ergo cōfotū
est erūpet in regulū: quia is qui i se
nutrienda aspidis cōsilia receperit:
membrum iniqui capitis factus in
corpus antixp̄i accrescit.

REgulorum nomīe demo=
nes designātur. vnde ⁊ be
ne irascens peccatis p̄cedē
tibus de his quos in manu antiqui
hostis deserit ꝑ prophetam domi=
nus dicit Immittā vobis serpētes
regulos: quibus nō est incantatio.
Ac si diceret. Iusto iudicio: talibꝰ
immundis spiritibus tradam: qui
a vobis excuti exortatione predicā
tium: quasi incantantiuȝ sermone
non valeant.

¶ Capitulum trigesimum De Vipera.

¶ In scriptura sacra cũ vipera singulari numero ponit aliquãn subita & violenta dyaboli temptatio intelligitur: aliquando per cõtrarium lenis & diuturna eiusdem tẽptatio. cũ vo plurarit vipere dicũr praui homines exprimuntur.



Ipere nomine violenta vel lenis & diuturna tẽptatio diaboli designat. sicut p beatũ iob de ypocrita dr. Caput aspidum sugget & occidet eũ ligua vipere. Aspis paruus est serpens. vipera vero plixioris ẽ corporis. Et aspides oua gignunt: atq ex ouis eorum filij pcreantur. Vipere autẽ cum conceperint filij earũ inventre seuiunt. Qui ruptis lateribus matrũ ex earum ventre pcedunt. Vñ et vipera eo qđ vi pariat nominat. Vipera itaq sic nascitur. vt violenter exeat et cũ matris sue extinctione pducatur. Quid ergo per aspides paruos nisi latentes suggestiones imundorũ spirituũ figurant. q cordibus hominum: parua prius p suasione subripiunt. Quid vero p linguam vipere. nisi violenta diaboli temptatio designatur. Prius em leniter subripit: post modum vero etiã violenter trahit. Caput itaq aspidum suggit hypocrita: qr initiũ suggestionis occulte paruum pus in corde nascitur: sz occidit eum lingua vipere: quia post modũ capta mens veneno violente tẽptationis necatur. Primũ subtilibus cõsilijs: ad cor hominis imundi sps loquuntur qui dũ leniter psuadent: qsi venenũ aspidum fundunt. Vñ scriptũ est Oua aspidum ruperũt: et telas aranee texuerunt. Qui comederit de ouis eorũ: morietur. & qđ confotum est erũpet in regulaz. De hoc itaq hypocrita dicitur. Caput aspidum sugget & occidet eũ ligua vipere: qr cũ iniquã suggestionem antiqui hostis libenter suscipit violentis se post modũ eius tẽptationibus deuictus tradet. Unde et in paradiso quoq stanti homini verba blande psuasionis intulit: sz quem semel rapuit ad cõsensũ. iã nũc etiã renitentẽ trahit. & corruptiõis sue delectationibus deuictũ pene euidenter inficit.

Ed fortasse hec ipsa intelligere etiã p contrariã interpretationem valemus. Nam quia veneno suo aspis concite vipera autẽ tardius occidit: p aspidem violenta et subita: p viperam lenis & diuturna tẽptatio designat. Vñ & illi mors i suggestiõe capitis: vipere autẽ in lingua esse phibetur qr repentina temptatio sepe inoptinata: mentem mox vt suggerit iterficit. Lõga vo tẽptatio qr praua diutius psuadendo suggerit: velut ex lingua vipera occidit.

Viperarum nomine praui homines designantur. sicut p iohãnem baptistam iudeis dicitur. Genimina viperarum quis vobis ostendit. f. a. v. ira. Ventura em ira est animaduersio vltionis extreme q tunc fugere peccator non valet qui nunc ad penitentie lamenta nõ recurrit. Et notandum quod male soboles: malorum parentum actiones mutantes genimina viperarum vocantur: quia per hoc quod bonis inuident: eosq persequũtur quod quibusdam mala retribuit. qđ lesiones proximis exquirũt qm i his oibus prauorũ suorum carnaliũ vias sequunt qsi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt.

¶ Capitulũ. XXXI. De Aspide.

In scriptura sacra aspidis noie aliqñ diabolus aliqñ is q audire verbũ dei dedignat: aliqñ blãda & latens suggestio intelligitur.



Spidis nomine diabolus designat. sicut p prophetam dicit. Delectabitur ifans ab vbere su Esa.xi.

per foramine aspidis ⁊ in cauerna
reguli. Reqre in capitulo de reglo

Aspidis nomine is qui audi-
re verbū dei dedignat̃: sicut
per psalmistam dicit̃. Furor illis: se
psal. lvij. cundū similitudinē serpētis. Sicut
aspidis surde ⁊ obturātis a. s. Que
.n̄. ex. v. i. Aspis cū conceperit pati
incantatorem marsum qui eā qui-
busdam carminibus ꝓprijs euocat
sicut sunt multa etiam magica: au-
dite quid faciat. Amādo tenebras
suas quibus se inuoluta occultare
dicit̃. cum exire voluerit: recusans
tn̄ audire illas voces. quibus se co-
gi sentit. allidit vnā aurem terre. et
de cauda obturat alteram: atqꝫ ita
illas voces ꝙtū potest euitans: nō
exit ad incātatē. Huic similes dixit
spiritus dei. quosdam non audien-
tes verbum dei: ⁊ n̄ solū n̄ faciētes
sed omnino ne facient: audire volē
tes An forte queremus aliquid in
eo quod dr̃ aspis ita aures claude-
revt vnā earum p̄mat in terram: al
terā cauda oppilet̃. Quid sibi vult
hoc. In cauda itaqꝫ posteriora ītel
liguntur. Ergo in p̄terita iam ter-
gum oportet ponere: vt in ea q̄ no
bis promittunt̃ ītendamus. Ergo
nec ex p̄teritavita nostra nec ex p̄sen
ti delectari debemus. hoc enī mo
net apostolus dicēs. Quē ergo fru
ctum habuistis in quibus nūc eru-
bescitis. Reuocat ad se recordātes
cum delectatiōe a p̄teritis: ⁊ cū q̄dā
concupiscentia fruendi: ne redeamꝰ
corde in egyptum. Quid de p̄senti
bus quomodo iubet etiā ipsa con-
tēpni. Non respicientibus inquit q̄
videntur. sed que non vident̃ Que
enī vident̃ tēporalia sunt: q̄ aūt nō
vident̃ eterna. Igitur de presenti
vita dicit. Si in hac vita tantum
ī xp̄o sperātes sumus: miserabilio
res sumus oībus hoībus. Obliui-
scere ergo p̄terita: q̄bus male vixi
sti cōtēpne p̄sentia: q̄bꝰ tēporalit̃ vi
uis. ne te alligādo p̄sentia: nō ꝑmit
tāt ꝑuenire ad futura. Si enī p̄sens
vita te delectat: aurē in t̃ra posuisti.
Si tuis p̄teritis: ⁊ iā retro labēubꝰ
delectaris aurē de cauda obturasti
Debes ḡ ire in lucem exire de tene
bris: vt iā ī luce ambulās ⁊ exultās
dicas que retro sunt oblitus in ea
que ante sunt extentus Non dixit q̄
retro oblitus ⁊ ex p̄sentibꝰ delecta
tus. Cum dixit q̄ retro oblitus: nō
obturauit aurē de cauda Cū dixit ī
ea q̄ ante sūt extētus: is et p̄sentibꝰ
nō oburduit: aurē ī t̃ra nō posuit.

Aspidum noīe latētes
⁊ blande suggestiones
vel fortes et subite in
mūdo ꝑspirituum tem
ptationes designantur. sicut a bea-
to iob de hypocrita dr̃. Caput aspi
dum sugget. ⁊ occidit eū ligua vipe
re. Require in capitulo de vipera

Capitu. xxxiij. De Reptilibus.

Reptilium noīe cogitati Job. xx
ones terrene designant̃
sicut ꝑ ezechielem pro-
phetā dr̃. Et ingressus
vidi. ⁊ ecce oīs similitudo reptiliū
et animaliū abominatio In repti-
libus quippe cogitatiōes omnino
terrene signantur: in aīalibus vero
iam quod aliquātulum a terra su-
spense. sꝫ adhuc terrene mercedis
premia requirentes. Nam reptilia
quidem toto corpore terre īherent
animalia autē ventre a terra suspen
sa sunt: appetitu cū gule ad terram
semper inclinant̃ Reptilia itaqꝫ sūt
intra parietem: quando cogitatio-
nes voluuntur ī mente que a terre
nis desiderijs nunq̄ leuantur. Ani
malia quoqꝫ sunt ītra parietē. quā-
do ⁊ si qua iam iusta si qua honesta
cogitantur appetendis tn̄ lucris tē
poralibus honoribusqꝫ deseruiunt
vt ꝑ semetipa quidem iam quasi a
terra suspensa sint. sed adhuc ꝑ am
bitum: quasi per gule desiderium
sese ad ima submittunt.

Capi. XXXiii. De Vermibus

¶ In scriptura sacra cū vmis sin-
gulari numero ponitur. aliquando
xp̄s. aliquando hoīs progenies in-
telligitur. Cum vero pluralit̄ ver-
mes dicuntur aliqñ cogitationes ī-
q̄ete aliqñ cure carnales exp̄munt.



Ermis nomine xp̄s
designatur sicut per
psalmistā dr̄. Ego
Psal. xxi autē sum vermis ꝛ
nō homo. Vermis
noīe caro designat̄.
sicut p beatū iob: de luxurioso quo
libet dr̄. Dulcedo illi⁹ vermis. In
quib⁹ verbis luxuriosi cuiuslibet: ꝛ
carnis voluptatib⁹ dediti quāta sit
cecitas demōstrat̄: cū dr̄ dulcedo il
lius vermis Quid namq; caro nisi
putredo ac vermis est. Et q̄squis
carnalibus desiderijs anhelat quid
aliud q̄ vermem amat. Que enim
carnis sit substātia testantur sepul-
cra. Quis parentum q̄s amicoꝝ fi
deliū quālibz dilecti sui. tāgere sca
turientem vermibus carnē potest
Caro itaq; cū cōcupiscit̄: penset q̄d
sic exanimis: ꝛ ītelligit̄ q̄d amatur
Nil q̄ppe sic ad edomandū deside-
riorū carnalium appetitum valet.
quā vt vnus quisq; hoc qd̄ viuū di-
ligit q̄le sit mortuū penset. Cōside
rata etenī corruptione carnali cui⁹
cognoscitur: q꞉ cum illicite caro cō
cupiscit̄ tabes amatur bene g̃ de lu
Jo. xxv. xuriosi mente dicit̄. Dulcedo illius
vermis q꞉ is qui in desiderio carna
lis corruptionis exestuat: ad fetorē
putredinis anhelat.

Ermis nomine hoīs proge-
nies designatur. sicut ī libro
beati iob p baldad dicit̄: Ecce luna
non splendet. ꝛ stelle nō sunt mūde
in cōspectu eius. Quāto magis ho
mo putredo ꝛ filius hominis vmis
Quid enī p lunā: nisi cuncta simul
eccl'ia: quid p stellas nisi singuloꝝ
bene viuentium aīe designant̄. Lu
na ergo nō splendet ꝛ stelle nō sunt
munde in cōspectu eius: q꞉ nec san
cta ecclesia virtute ꝓpria: tot mira-
culis emicat. nisi hanc preuenientis
gr̄e dona ꝑfundant. nec singuloꝝ
bene viuentium mentis a pctōꝝ
maculis mūde sūt. si remota pieta
te iudicent̄: q꞉ apud districti iudicis
oculos sua vnūquēq; corruptibili-
tas inquinat: nisi hūc quotidie gr̄a
parentis tergat. Electoꝝ quippe
mens ꝓdire ad libertatem iusticie
nititur sz adhuc compede infirmita
tis tenet̄. Et culpas quidē subigere
ꝑfecte desiderat: sz quousq; corru-
ptionis carnis astringitur ei⁹ vincu
lis etiā cū nisi vult ligat̄. Hinc itaq;
colligat quāto pctōꝝ pōdere pressi
sunt q̄ cōtra hic decertare negligūt
si plene culpā nec illi supant q̄ cōtra
hanc viriliter pugnant. Vñ ꝛ postq̄
dictū est ecce luna nō splendet: ꝛ stel
le non sunt munde in conspectu ei⁹
protinus subditur. Quanto ma-
gis hō putredo ꝛ filius hoīs vmis
Ac si apte dr̄. Si ipi quoq; esse sine
cōtagio nō valent. q̄ inter vite p̄sen
tis tenebras vtutibus lucēt quāto
reatu iniq̄tatis obstricti sunt q̄ ad-
huc carnalit̄ viuunt. Si a pctō libe
ri eē neq̄unt: q꞉ tā ī celestibus desi-
derijs cōuersant̄: que pctōꝝ ponde
re tolerāt q̄ carnis sue voluptatib⁹ .i. petri
dediti adhuc putredinis iugū por- iiij.
tāt. Hinc petr⁹ ait. Si iustus vix sal
uabit̄ impius ꝛ peccator vbi appa-
rebunt. Notandū vo in smone suo
q̄ntū baldad ordinē cōditionis nr̄e
tenuit ꝛ natiuitatis: q̄ hoiez nō ver
mem. sz putredinē: filiū vero hoīs
vermē vocat. Primus nāq; huma
ni generis parens: homo non filius
hoīs. Ex quo q̄squis ꝓdijt non so-
lū hō: sed filius quoq; hoīs fuit Si
cut g̃ ex hoīe filius hoīs: ita ex pu-
tredine nascitur vermis. Unde re-
cto corde homo putredo filius vo
hominis vermis vocatur. Prim⁹
quippe hō putredo non vmis: q꞉ ꝛ
si p mortē putruit nō tñ ex putredi
ne p natiuitatem venit. Qui autez

filius est hominis vermis dicit. qꝛ
tam ex mortalium corporum cor=
ruptione propagatur.

Job. xvij VErmiuʒ nomīe cogitatiões
inquiete designantur sicut ꝑ
beatū iob dicitur. Putredini dixi.
Pater meus es. mater mea et so=
ror mea vermibus Quid est quod
dixit putredini pater meus es: nisi
ꝙ omnis homo ab origine iam vi=
ciata descendit. Vñ ⁊ additur. Ma
ter mea ⁊ soror mea vermibus: qꝛ
videlicet ab ipsa putredine et cum
ipsa: in hunc mūdū venimus. Quā
tum ad materiam quippe corrupti
bilis carnis: mater mea ⁊ soror ver
mes sunt: qꝛ ⁊ de putredine ꝓcessi=
mus. ⁊ cum putredine venimus ꝗ
portamus. Quod si intelligi spiri=
tualiṫ potest. ⁊ mater natura et cõ=
suetudo nō īmerito soror vocatur:
quia ab illa cum ista sumus. Quia
videlʒ mater et soror vermes sunt
qꝛ ex natura corruptibili ⁊ consue=
tudine ꝑuersa cogimur. vt quasi q̄
busdam vermibus sic inquietis co
gitationibus in mente fatigemur.
Carnis enim natura vitiata ⁊ cõsue
tudo peruersa. innumeras curas in
corde infirmitatis nostre generant
bene mater ⁊ soror vermes vocan=
tur. Mordēt animum cure dū in=
quietāt Non em̄ cessant nisi viri vel
sollicite cogitare ⁊ pertractare. q̄d
agant vel prouide inspicere: quo
post presentem vita ducendi sint.

VErmium nomīe cure carna
les designantur. sicut ꝑ bea=
tum iob dicitur. Iste moritur ro=
bustus et sanus diues ⁊ felix. Visce
ra eiꝰ plena sunt adipe. ⁊ medullis
ossa illius irrigantur. Alius vero
moritur in amaritudine aīe: absq̄
vllis opibus Et tñ simul dormient
in puluere. ⁊ vermes operient eos
Hic si quis forsitan accipere per al=
legoriā velit. explere breuiter pos=
sumus. Dicitur nāq̄ de iniquo diui
te. Viscera eius plena sunt adipe.

Sicut ex habundanti cibo adeps.
ita ex abundantia rerū superbia na
scitur que pinguat mentem diuitis
dū eleuatur animus superbientis.
Superbia quippe cordis: quasi q̄=
daʒ pinguedo est crassitudinis. Vñ
qꝛ pleriq̄ ex abundantia peccata ꝑ
petrant: per ꝓphetā dicitur. Pro=
diit q̄si ex adipe iniq̄tas eoꝝ. Ama
tores aūt huiꝰ seculi q̄si ossa habēt
qꝛ in hoc mundo fortitudinē digni
tatum possidēt. Sed sine exteriori
dignitate desint terrene ⁊ domesti=
ce diuitie: quantū ad iudiciū suū os
sa quideʒ habēt. sed medullas in os
sibus nō habent. Quia ergo sic iste
amator huiꝰ scl'i exteriore potesta=
te fulciṫ vt etiam īteriori ⁊ terrena
domus abūdātia saginetur dicitur
Et medullis ossa illius irrigantur.
Vel certe ossa sunt huiꝰ diuitis: pra
ue ⁊ dure consuetudines. Medul=
le vero in ossibꝰ sunt ipsa desideria
mala viuēdi. q̄ neq̄ ex prauitatis sa
tisfactione saciant. Que medulle q̄
si ossa irrigant cuʒ praua desideria
ꝑuersas consuetudines suas: īvolu
ptatū delectatiõe cõseruant. Et sūt
nō nulli q̄ in hoc mūdo diuitias nō
habēt. sʒ habere cõcupiscunt. Elati
esse appetunt ꝙuis ī hoc mūdo q̄ᵭ
cupiunt obtinere nō possūt. Etem̄
cū nullis rebus vel honoribus fulti
sint: ꝑ mala cū desideria: ī cõspectu
interni iudicis: reos cõsciētia addi
cit. Talis etem̄ quisq̄ plerūq̄ ideo
affligiṫ: qꝛ ditescere ac supbire non
ꝑualet. De quo et subditur. Alius
vero moriṫ ī amaritudīe aīe absq̄
vllis opibus. Ecce vnꝰ diues super
bo corde inaniter gaudet: inde pau
per aliꝰ supbo corde inanis affligiṫ
Bene aūt de vtrisq̄ dꝛ. Et cū simul
in puluere dormiēt. ⁊ vermes opi=
ent eos. In puluere em̄ dormire ē
ī terrenis desiderijs oculos claude
re mentis. Vnde vnicuiq̄ peccanti
in sua culpa dormienti dicitur Sur
ge qui dormis: et exurge a mor=

tuis et illuminabit tibi chriſt⁹ Ver=
mes vero qui de carne naſcuntur:
eos ſimul operient: qꝛ ſiue diuitis
ſiue pauperis ſuperbientis animũ
cure carnales premũt. In rebus ei
terrenis: paup̱ ⁊ diues rebus ꝙuis
non pari proſperitate fulciant̃ pari
tñ anxietate turbant̃ qꝛ qđ cũ ille iã
cũ metu hꝫ: iſte iã cũ anxietate ap=
petit. Sꝫ qꝛ habere nõ valet ⁊ dolet
dicat̃ ſimul ĩ puluere dormiẽt: ⁊ ver
mes operiẽt eos: qꝛ et ſi non ſimul:
rebus tp̱alib⁹ ſubleuant̃. ſimul tñ
in cura rerũ tẽporaliũ: mentis cor=
pore ſopiuntur. Simulqꝫ eos ver=
mes operiũt: qꝛ vel iſtũ vt cõcupita
habeat. vel illũ ne habita emittat:
carnales cogitationes premunt.

¶ Capm̃. XXXIIII. De tinea:

¶ In ſcriptura ſacra tinee noĩe
aliqñ carnis temptatio. aliqũ he
retica prauitas intelligitur.



Inee nomine carnis
temptatio deſignat̃
ſicut in perſona tem
ptati homis p̱ bea=
tum iob dicit̃. Qui
quaſi putredo con=
ſumendus ſum: et quaſi veſtimẽtũ
quod comeditur a tinea. Homo ei
quaſi putredo cõſumitur dũ carnis
ſue corruptione conteritur. Cui qꝛ
immũda temptatio nõ aliunde ſed
de ſemetipſo naſcitur more tinee
carnem temptatio quaſi veſtem de
qua exit ꝯſumit In ſemetipſo quip
pe homo hꝫ vnde tẽptetur. Quaſi
ꝗ tinea veſtem cõſumit: ꝙ ex veſte
eadem proceſſit. Sciendum quoqꝫ
quod tinea ſine ſonitu perforat ve=
ſtimentum. Et plerumqꝫ cogitatio
ita transfigit mentem vt mens ipſa
non ſentiat. niſi poſt quã fuerit ei⁹
aculeo transfixa Bene ergo dicitur
quod homo tanꝙ veſtimentũ a ti=
nea conſumitur: qꝛ nõnunquã tem
ptationũ noſtrarũ vulnera nõ agno
ſcimus niſi poſt quã ab eis confoſſi
in mente fuerimus.

Tinee nomine heretica praui
tas deſignatur. ſicut p̱ beatũ
iob de heretico quolibet dicitur. Job: xxvij
Edificauit ſicut tinea domũ ſuam ⁊
ſicut cuſtos fecit vmbraculũ Tinea
ſibi domũ corrumpendo edificat.
Nec meliori potuit comparatiõe he
reticus demõſtrari. q̃ locũ ſue perfi
die nõ niſi ĩ mentib⁹ quas corrũpit
facit. Qui etiã ſequaces ſuos ab e=
terno igne ⁊ liberos. Spõdet quip
pe eis refrigeriũ quietis eterne Sꝫ
verba eius ſoliditatem non habent
quia plenitudine veritatis carent.
Unde ſubiungitur. Et ſicut cuſtos
fecit. Umbraculuꝫ namqꝫ cuſtodis
nullo fundamento ſolidatur: ſed tẽ
pore mox tranſeunte deſtruitur.
Et promiſſa ab hereticis requies
cum tempore deſtruitur: quia poſt
hanc vitam nullatenus inuenitur.

¶ Capitulũ. XXXV. De eruca.



Ruce nomĩe luxuria
deſignat̃: ſic p̱ iohel
prophetam dicit̃ Re Johel pmo.
ſiduũ eruce comedit
locuſta ⁊ reſiduũ lo=
cuſte comedit bruc⁹
⁊ reſiduũ bruci: comedit rubigo.
Sepe mens miſera: quid iam tran
ſierit in ſe peti videt: ſꝫ vbi adhuc
retineatur nõ videt. Gaudet de qui
buſdam viciis: qꝛ eis iam ſubiecta
non ſit et precauere ac gemere ne=
gligit: qꝛ eoꝝ vice ſucceſſerũt alia
quibus fortaſſe nequius ſuccumbit
Sicqꝫ fit: vt dum alia vicia trãſeũt
et ſemp̱ alia ſuccedunt a dyabolo
cor reproboꝝ ſine intermiſſione te=
neatur. Bene ergo dicitur. Reſidu
um eruce. c. l. ⁊ re. l. c. b. ⁊. re. b. co.
Rubigo. Quid ei p̱ erucã: q̃ toto ĩ
fraꝫ corpore repit niſi luxuria deſi=
gnatur que cor quod tenet ita pol=
luit. vt in ſuperioris mundicie ſur=
gere amorem. nequeat. Quid per
locuſtam que ſaltibus euolat̃ niſi
inanis gloria exprimitur. que ſeva=
nis preſumptionibus exaltatur.

Quid per brucum: cuius pene to=
tum corpus in ventre colligit. nisi
edendi ingluuies figurat Quid dũ
p rubiginem. que dũ tangit incẽdit
nisi ira innuit. Residuũ ergo eruce
locusta comedit: qr sepe cũ luxurie
victũ a mente recesserit. inanis glia
accedit. Nã qr iã p amorez carnis
nõ sternit: quasi sctã ex castitate glo
riatur. Et residuũ locuste comedit
brucus. qr sepe cũ inani glorie: que
quasi ex sanctitate veniebat resistit
vel ventri. Uel quibuslibet ambi=
tionis desiderijs immoderacius idul
getur. Mẽs ei dei nescia tãto atro=
cius ad quẽlibet ambitũ ducit quã
to nullo vel humane laudis amore
refrenatur. Residuũ vero bruci: ru
bigo ↄsumit qr dũ ventris in glu=
uies per abstinentiã restringit: ire i
patientia: acrius dominat Que mo
re rubiginis: quasi exurendo messẽ
comedit: qr virtutũ fructus in patien
tie flamma tabescit. Dũ g vicijs vi=
cia succedũt agrũ mẽtis: alia pestis
deuorat: dũ alia relinqt Bene aũt il
lic subditur. Expgiscimini ebrij z
flete. Ebrij quippe vocati sũt. q hu
ius mundi amore cõfusi: mala non
sentiunt: q patiunt. Quid ẽ ergo di
cere expgiscimini ebrij z flete nisi sõ
num nre insensibilitatis excutite z i
deuastatiõe cordis. tot sibi succedẽ
tibus viciorum pedibus vigilantibus
lamentis obuiate.

Finis Libri tertij.

Incipit liber quartus.

De homine. Capitulum.i.
De viro. ij.
De muliere. iij.
De vxore iiij.
De vidua. v.
De infante. vi.
De pueris vij.
De regibus. viij.
De consulibus ix.
De ducibus. x.
De principibus xi.

In scriptura sacra hois nomine
quando singulari numero ponit
aliquando deus pater. aliquãdo
verbũ incarnatũ. aliquãdo iudai
cus populus. aliquãdo sensus ra
tionis. aliquãdo diabolus. aliqñ
caro inteligitur. aliquando per
naturam ponitur aliquando per
culpam. aliquando p infirmita=
tem. Cũ vero plurali numero po
nit spirituales viri aliquando car
nales quilibet accipiuntur.

Capitulum primum.
De Homine.

H Ominis nomie de
us pater accipit si=
cut in euangelio di
citur. Simile est re
gnũ celorum homini
regi: qui fecit nu=
ptias filio suo.
Quis eni alius est hõ
iste rex regis filij pr nisi ille cui psal
mista ait. Deus iudicium tuum re Psa.l.
gi da: et vi. tu. re. Qui fecit nuptias xvij.
filio suo. Tunc deus pater. deo fi=
lio nuptias fecit quando i vtero vir
ginis humane nature coniunxit: qñ
dominuz ante secula fieri voluit ho
minem in fine seculorum. Uel vt
apertius atqz securius dicatur i hoc
deus pater regi filio nuptias fecit:
quo et per incarnationis mysteriũ

sanctam ecclesiam sociauit. Uterus autẽ virginis huius sponsi thalam⁹ fuit. Unde dicit psalmista. In sole posuit tabernaculum suum et ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Tanquã sponsus quippe de thalamo suo processit: qui ad coniungendã sibi ecclesiã incarnatus deus de icorrupto vtero virginis exiuit.

Hominis nomine verbũ incarnatũ intelligit̃. sicut p̃ pphetam dicitur. Et homo est. et quis cognoscet illum. Unde etiam in euãgelio scriptum est per beatum matheum euang. xxv. capitulo. Mat. v
Homo quidã peregre proficiscens vocauit seruos suos ⁊ tradidit illis bona sua Quis enim iste est homo qui peregre proficitur nisi redemptor noster qui ĩ ea carne quã assũpserat abijt in celum. Carnis enim locus proprie terra est: que quasi peregrina ducitur. cum per redemptorem nostrum in celo collocatur.

Hominis nomine iudaicus populus designatur: sicut in euãgelio de diuite epulone notãter lucas dicit. Hõ quidã erat diues q̃ induebatur purpura ⁊ bysso ⁊ epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine lazarus ⁊ cetera. luc. xvi. Quis nanq̃ diues iste qui induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide nisi iudaicũ populũ signat. qui cultũ vite exteri⁹ habuit. q accepte legis delicijs: ad nitorẽ vsus est nõ ad vtilitatẽ. quis vero lazar⁹ vlceribus plen⁹. nisi gentilẽ populũ figuraliter exprimit̃. Qui dũ cõuers⁹ ad dñz peccata cõfiteri nõ erubuit. huic vulnus ĩ cruce fuit. Sed lazar⁹ vulneratus cupiebat saturari de micis que cadebant de mensa diuitis et nemo illi dabat. q̃z gentilẽ quemq̃ ad cognitionẽ legis admittere sup̃ Luce. xvi.

Aruine noĩe potentia trena deſignat. ſicut ꝑ eundẽ eliphat ⁊ de lateribus ei⁹ aruina depẽdet. S3 nõnulli ꝗ patronis maiorib⁹ adiũcti ſupbiunt. ⁊ de eoꝝ potẽtia cõtra iopes extollũt. De ꝗbus bñ dr. Et de lateꝛib⁹ ei⁹ aruina depẽdet. Qꝛ em̃ aruina pinguedo carnis. ⁊ latera dicere diuitũ ſolemus hos ꝗs eis coniũctos cernim⁹ aruina de iniqui lateribus dependet qꝛ quiſꝗs potenti ⁊ iniquo adheret ipſe quoq3 de ei⁹ potẽtiã velut ex pinguedine rerũ tumet vt patroni perverſi iniꝗtatẽ ſequẽs nõ timeat dñi ⁊ quos valet ⁊ quãtũ valet pauperes affligat de gloria temporali coreleuet Cũ ergo talis eſt ꝗ iiquo potenti adheret de eius latere profecto aruina dependet.

¶ Capitulum. xxxix.

De Oſſibus.

¶ In ſcriptura ſacra cũ os ſingularit ponit. aliqñ xp̃s. aliqñ fortis ꝗlibet i ſancte eccłie corpore itelligit. Cu3 vero pluraliter oſſa dñr aliqñ ꝟtutes aliqñ neꝗores icorpoꝛe antixp̃i. aliqñ duricia fortitudis. aliqñ carnis fortitudo. aliqñ fortitudo ſeculariũ dignitatũ aliqñ fortes viri in ſancta eccleſia

Oſſis noĩe xp̃s deſignat. ſicut ꝑ btm̃ iob ex pſona dñi dr pelli mee cõſumptis carnibus adheſit os meũ. Require in cap. de carne.

Oſſis noĩe fortis ꝗlibet i ſancte eccleſie corpe ꝗ ifirmos portat deſignat. ſicut ꝑ beatũ iob i pſona eccleſie decitur. Nocte os meu3 perforatur dolorib⁹. ⁊ ꝗ me comedũt nõ dormiũt Si allegorice miſteriũ pſcrutamur ꝗd ꝑ oſſa niſi fortis ꝗſq3 i ſctẽ eccłe corpe deſignat Job. xxx

qui quasi suo robore membra cõti
net: dum mores ĩfirmantium stabi
liter portat. Sꝫ cũ tribulationis vl
time cõtra eã feruor exercuerit: in
nocte os illius ꝑforatur doloribus
q꞉ nõnũꝗ tormẽtis victi etiã ipi ad
ꝑfidiã defluũt. qui ad fidem alios
tenere videbãtur. Ait ḡ. Nocte
os meum ꝑforatur dolorib⁹. Ac si
aperte dicat Tribulatiõis tenebris
p̃ssi ita afflictiõe terebantur vt ipsi
qui ĩ me habebant vigorẽ fortitu=
dinis q̃si iã quidã habent formam
timoris. Vñ adhuc dicit. Et qui me co
medũt non dormiũt q꞉ maligni spi
ritus q̃ carnales quosqꝫ de ecclesia
consumũt tanto magis quiescere a
tẽptatiõe nesciũt quanto nullo car
nis pondere grauantur.

Ossium nomine virtutes
designãtur. sicut ꝑ psal=
mistã de sãctis martyri
b⁹ dr. Dñs custodit oĩa
ossa eorum vnũ ex eis nõ cõteretur
ꝗ vtiqꝫ nõ de ossibus corporis sꝫ de
viribus dr mẽtis. Nã certe nouim⁹
ꝗ ꝛ multorum matrimoniũ corpo
ralit ossa confracta sunt ꝛ persecu=
tores dñi latronis illius cui dictũ
est. Hodie mecũ eris in paradiso. si
cut latronis alterius in cruce crura
fregerũt. Itẽ quia ossa virtutes ĩtel
ligantur ꝑ heliu manifestatur: cũ ꝑ
eum de dño dicit. Increpat ꝗꝫ per
dolorẽ in lectulo. ꝛ oĩa ossa ei⁹ mar
cescere facit. Quid enĩ ꝑ lectum ni
si requies tẽporalis accipitur Sed
q꞉ ĩ hac vita oĩs nostra ꝗ pam⁹ req
es ꝑturbatur recte dr ĩcrepat ꝗꝫ ꝑ
dolorẽ ĩ lectulo .i. in p̃sentis vite re
quie vel tẽptatiõis nos stimulis vl
flagelli afflictione ꝯturbat Nã sepe
humanus anim⁹ ꝗlibet breui tpe sñ
temptatione ĩ bonis studijs fuerit
mox de eisdẽ studijs ĩ quibus q̃scẽ
do se exerit de ipsis v̾tutibus quib⁹
multiplicari nititur dũ ꝓficere se sẽ
tit eleuat. Vñ pio rectoris nr̃i mo=
deramie in pulsu tẽptationis affici
tur. vt ĩ eo ipsa ꝓuectus sui elatio
cõprimatur. Quapropter postꝗ di
xit ĩcrepat ꝗꝫ ꝑ dolorem ĩ lectulo
aperte subiunxit ꝛ oĩa ossa ei⁹ mar
cescere facit. quia cũ in ea requie ꝗ
nobis ab hoc sculo preparamus fla
gello temptationis afficimur. qui
fortasse de virtutibus nr̃is ĩflari po
tuimus cognito ĩfirmitatis nostre
tedio extenuamur. Cuꝫ enim sicut
cupimus ad dñꝫ proficimus: si pro
fectum nostrũ temptatio nulla pul
saret: alicuius nos fortitudinis eẽ
crederemus. Sꝫ q꞉ nobiscum supꝰ
na dispensatione agitur. vt infirmi=
tatis nostre q꞉ ꝓficientes obliuisci
mur tẽptati recolamus ꝛ in profe=
ctum nostre quid de diuino mune=
re ꝛ ĩ tẽptatione cognoscamus. q̃d
de proprijs viribus sumus Quare
nos profecto temptatio ad plenuꝫ
raperet: nisi ꝓfecto superna serua=
ret. Sed pulsat nec frangit ĩpellit.
nec mouet q̃rit nec deicit. vt de no
stra ĩfirmitate sẽtiamur esse ꝗ qua
timur ꝛ de diuino munere ꝗ stam⁹
Et quia se aĩa alicui⁹ boni sibi cõscia
cũ virtutibus suas ad memoriaꝫ re
uocat q̃dã delectione pascitur ꝛ q̃si
gratulatione proprie plenitudinis
impinguatur bñ dicitur. ꝗ tempta
tione pulsãte marcescũt ossa: q꞉ dũ
propria infirmitas tẽptatione iter
rogãte cognoscitur. oĩs illa nostra
rum virium videlicet pinguis vi=
ridisqꝫ gratulatio subito anxietatis
merore siccatur. Et qui nos alicui⁹
esse momenti bona nostra pensan=
do credidimus pulsati paulo am=
plius perituros nos iaꝫ tãqꝫ formi
damus. Tũc omne bonorũ nostro
rum gaudium vertitur in pauore
penarum Tũc iniquos nos esse de
prehendimus qui sancto paulo an=
te credebamus Tabescit mens stu
pent oculi oẽ ꝗ p̃us ꝓ spiritu arri
debat euanescit. Lux ipsa fastidio
est et sole se in animo tenebre me=
roris infundunt.

Ossium nomine nequiores christi: et callidiores designant. sicut voce dominica ad beatum iob de ipsis dicitur. Ossa eius videlicet fistule eris. In corpore ossa sunt que continent membra q̃ continentur. Habet ergo carnes antichristus habet et ossa. quia iniqui sunt alij. q̇ tamẽ ab alijs ĩ errore retinẽtur: ⁊ nequiores alijs in errore alios retinent. Quid itaq̧ aliud ossa ãtixp̃i q̃ quoslibet in corpore eius valentiores accipimus: in quorum corde iniq̇tas dum vehementer induxit: per eos tota eius corporis compago subsistit. Multi namq̧ in hoc mundo diuites videntur: qui dum rebus opibus subnixi sunt quasi ex fortitudĩe solidantur. Sed largiendo hic ipsa quibus stulti sunt: ad suũ errorem trahũt. Modo eĩ nõ nullos vt praui fiant donis illiciunt: modo nõ nullos vt praui permaneant muneribꝰ astringunt. Quid itaq̧ isti nisi antichristi ossa sunt. qui dum malos cõtinendo multiplicant. in cuius corpore carnes portãt. Hij nonunq̃ decipiendis auditoribus exhibẽt lingue dulcedines. quia et spine proferunt flores. et apparet quidẽ in eis q̧ oleat: sed latet q̧ pungat. Amaris dulcia noxijs blanda permiscẽt humiliter substernunt. Et per symonem de se insinuant. q̧ per exhibitionem negant. Unde et recte ossa illiꝰ eris fistul̃ comparantur. quia nimirum more metalli insensibilis. sonũ bene loquendi hñt sed sensum bene viuendi non habent. Hic nãq̧ quasi humiliter loquendo asseritur q̧ elate viuendo contemnunt. Unde bene p̃ paulum dicitur Si linguis h.l.⁊.a. c. ã.ñ.f.s.v. es sonans. autem .ct. tinens. Bona quippe loquens: sed per amorem eadem bona nõ seq̃ns velut es aut in cimbalum sonitum reddit. quia ipse sentit verba q̃ ipse facit.

Ossium nomine duricia fortitudinis designatur: sicut per Iere. de quibusdã de viribus suis nimium presumentibus dicitur. Adhesit cutis eorum ossibus. Quid enim in ossibus: nisi duricia fortitudinis. et quid in cute nisi mollicies exprimitur infirmitatis. Cutis ergo eorum adherere ossibus dicitur. q̄ ab eis praua sentiẽtibus infirmitas vicij duricia virtutis putatur. Infirma enim sunt que faciunt: sed elationis fiducia decepti. fortibus ea suspicationibus iungit. Et quo de se magna sentiunt. eo de sua nequitia emendare contemnunt.

Ossium nomine carnis fortitudo desig. sicut per beatuz iob dicitur. Elegit suspendium anima mea: et mortem ossa mea. Quid p̃ aĩam nisi mentis intentio. quid per ossa nisi carnis fortitudo signatur. Omne autẽ q̧ suspenditur. ꝓculdubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendiũ eligit. vt ossa moriãtur q̄ dũ mẽtis intẽtio ad alta se subleuat oẽm in se fortitudinem vite exterioris necat. Sancti enim viri certissime sciunt quia habere in hac vita requiem non possunt. ⁊ idcirco suspẽdium eligunt: quia nimirum terrena desideria deserentes ab alta animum tollunt. Suspensi autẽ mortem suis ossibus inferũt. quia amore superne patrie in virtutum studijs accincti hij q̧ fortes prius ĩ mũdo fuerant: vinculo humilitatis insequuntur.

Ossium nomine fortitudo secularium dignitatum desig. sicut per beatum iob de superbo diuite dicitur. Ossa eius plena sũt adipe. et medullis ossa illius irrigãtur Sicut enim ex habundanti cibo adeps: ita ex habũdantia rerũ sup̃bia nascitur. que impingat mentem diuitis dum eleuat̃ animus sup̃biẽtis Superbia quippe cordis. quasi quedam pinguendo est crassitudinis.

Unde qui plerique ex habundantia pec cata perpetrant propheta dicitur. prodiit quasi ex adipe iniquitas eo rum. Amatores autem hui⁹ seculi quasi ossa habent quãdo in hoc mũ do fortitudinẽ dignitatũ possidẽt. Sed si in exteriori dignitate desint terrene et domestice diuitie ꝗtum ad iudicium suum. ossa q̃ habent. sed medullas in ossibus non habẽt. Quia ergo sic iste amator huius se culi exteriori potestate fulcitur: vt ex interiori terrene domus habun dantia saginetur dicitur et medull' ossa illius irrigantur. vel certe ossa sunt praui diuitis. praue et dure consuetudines: medulle vero in ossibus. sunt ipsa desideria male viuendi. que neque ex prauitatis satis factione saliantur. Quam medulle quasi ossa irrigant. cum praua desi deria peruersas consuetudines su as in voluptatum delectationẽ con seruant.

Ossium noie fortes viri in sancta ecclesia desig. sicut per beatm iob di citur. Cutis mea deni grata est super me. ⁊ ossa mea arue runt pre caumate: Require in capi tulum de cute.

Capitulum quadragesimũ

De cartilagine.

In scriptura sacra cartilaginis nomine. al' inferiores in corpore antichristi. aliquando. simulatio intelligitur.



Cartilaginis nomine inferiores in corpore antichristi. qui qua les non sunt videri appetunt. designant sicut in voce domini

Job .xl. ca ad beatum iob dicitur. Cartila go eius quasi lamine ferree. Carti lago ossis quidem speciem habet sed ossis fortitudinem non habet. Et sunt nonnulli in antichristi cor pore non honoribus clari. non diui ciis fulti. non virtutum specie deco rati. non scientia caliditatis parti. sed tamen videri quales non sunt ambiũt. et idcirco contra bonorum vitam nequiores fiunt. Bene ergo cartilago eius laminis ferreis com paratur: quia hii qui antichristo de biliores sunt. ad perpetranda mala nequiores existunt. Ferreo quippe cetera metalla concindũtur. Et car tilago antichristi ferreo simul dicit quia hii qui in eius corpore ad ostẽ sionem virtutum non sufficiũt con tra necesse infidelium accintus accẽ duntur. Quia enim cum eo se face re signa ⁊ prodigia non posse consi derant: fideles se illi per crudelita tem probant. Et pro eo ꝙ innocen tium corda corrumpere persuaden do non possunt: multiplicius cete ris bonorum corpora se extinguere gloriãur. Bene ergo dicitur: carti lago eius vt lamine ferree. quia in eius corpore quo infirmius quisque credidit. hoc est ꝙ nequius incidit. Qui recte non ferro tantummodo sed laminis ferreis comparantur. quia dum se circũquaque incredulit tatem dilatare ambiũt: quasi in fer ri le laminas extendunt.

Cartilaginis nomine simu latio potest designari. Cartillago nãque ossis o stendit speciem sed ossis non habet infirmitatem. Et sunt non nulla vi cia que ostendunt in se rectitudinis speciem sed ex prauitatis prodeunt infirmitate. Hostis enim nostri ma licia tanta arte se palliat vt plerũque ante decepte mentis oculos culpas virtutes fingat. vt inde quisque quasi expeteret premia. vnde eterna di gnus est inuenire tormenta. Ple rumque enim invlciscendis viciis cru delitas agitur: et iusticia putatur.

Atq3 immoderata ira intuitu zeli meritum creditur. Et cum a distortis morbus peccantes dirigi caute debeant violenta inflexione frangunt.
¶ Plerumq3 dissoluta remissio quasi mansuetudo ac pietas habetur: et dum plusq3 decet delinquentib9 tēporaliter parcitur: ad eterna supplicia crudeliter reseruatur. Nonnunq3 effusio misericordia creditur et dum male seruare culpa sit peius spargi q3 acceptum est non timetur
¶ Nonnūq3 tenacia parcitas putat et cū graue sit vitium non tribuere. virtus creditur accepta retinere.
¶ Sepe malorum pertinatia constantia dicitur. et dum mens a prauitate sua flecti non patitur. quasi ex recti defensione gloriatur. ¶ Sepe inconstantia quasi stabilitas habetur. et quo quisq3 fidem integraz nulli seruat. eo se amictum omnib9 estimat. Aliquando timor incompetens humilitas creditur. et cum temporali formidine pressus quisq3 a defensione veritatis tacet arbitratur q3 iuxta dei ordinem humilem se potioribus exhibeat. ¶ Aliquādo vocis superbia veri libertas estimatur. et cum per elationem veritati contradicitur. loquendi procacitas veritatis defensio putatur.
¶ Plerumq3 pigricia quasi continentia quietis attenditur et cū grauis culpe sit recta studiose: non agere magne virtutis meritum creditur: a praua tantum actione cessare. ¶ Plerumq3 inquietudo spiritus vigilans sollicitudo nominatur et cū quietem quisq3 intollerat agendo que appetit virtutis debite implere se excercitium putat.
¶ Quia error cum virtus creditur difficilius emendatur: recte dicitur Cartilago eius quasi lamine ferree Diabolus e nim. quo sub pretextu boni caliditatem suam fraudulentius exhibet. eo in culpam mentez durius tenet. Hinc est q3 nonnunq3 hij qui quasi viam sanctitatis appetunt. in errorem lapsi tardius emēdantur. Rectum quippe estimant esse q3 agitur sicut excolende virtuti sic victo perseuerantiam iungunt. Rectorum estimant esse q3 agitur et idcirco suo iudicio enixius seruiunt.

¶ Capitulum quadragesimuz primum.

¶ De medullis

¶ In scriptura sacra medullarum nomine aliquādo nobilitas regia. aliquando subtilitas ingenij. aliquando diuicie. aliquando intentiones cordis intelliguntur.



Edulle noie nobilitas regia designat. sicut p ezechielem pphetam denabucodonosor dicitur. Aquila grandis magnarū alarū. longo membrorū ductu. plena plumis z varietate venit ad libanum z tulit medullam cedri et summitatem frondiū eius euulsit. Require in capitulo de aquila. Eze. xvij

Medulle quoq3 nomine subtilitas igenij potest non inconuenienter designari. Ossa quippe medulle irrigando confirmant. Per ossa autem fraudulenta diaboli consilia intelliguntur. Quia sicut in ossibus positio corporis:

roburqz consistit. ita in fraudulen=
tis diaboli consilijs. tota se eius ma
licia erigit ⁊ sicut ossa quia irrigant
medulle confortant:ita eius cōsilia
per spaliter nature potentiā infusa
īgenij subtilitas consilium roborāt
Medularum nomine diuicie de=
signātur sicut per beatuz iob
de paruo diuite dicitur. Medullis
Job.xxi ossa illius irrigantur. Require ī cap̄
de ossibus.

Medularum nomine in=
tentiones cordis desig.
vnde predicator egre=
gius cum loquens sub=
tiliter diceret. viuus ē sermo dei et
efficax et penetrabilior oī gladio
ancipiti ⁊ ptīgēs vsqz ad diuisionē
ac spiritus:ilico adiūxit. Compagū
quoqz et medularū.et discretor co=
gitationum et intentionum cordis.
Distinguit et sermo dei compages
et medullas:quia discernit cogita=
tiones et intentiones cordis. p cōpa
ges qꝫ ossib⁹ ossa iungunt. Et sepe
dum quid recta cogitatione agim⁹
sed subito in laudis amore decli=
namus. atqz h̄ pro laude facimus q̄
facere pri⁹ pveritate ceperam⁹: qr
cogitationes cogitationibus adiun
guntur quasi quadā ꝯpages fiunt:
Sed habent ossa. que in compage
iūcta sunt. et medulas. Quot pre=
dicator sanctus apertius intulit cuz
subiungit. Discretor cogitationum
et intentionum cordis. Compages
enim nostre cogitationes sunt: me=
dulle aut intentiones Et sepe aliud
cogitamus atqz aliud est q̄ per co=
gitationem intendimus. Nāqz qs
proposito numerorꝫ premio pup[illi]
vel vidue causā defendit. et fortasse
ecclesiam ingrediens in suis precib⁹
deo dicat. tu vides quia causam pu
pilli et vidue defendo: iste pculdu=
bio q̄ cogitat scit. sed q̄ intendit ei⁹
cogitatio ignorat. Aliud quippe co
gitat. atqz alio intendit. Nō enī de=
fensionez pupilli vel vidue sed mer
cedem nummorum querit. Nā tol
lit temporale premiū et iam pupil=
lum ac viduā non defendit Sermo
itaqz dei discretor est cogitationum
et intentionum cordis: qr nō aspicit
quid apud temetipsum cogitas.
sed per medullam compagis. i. per
intentionem cogitationis quid acci
pere requiris Restat ergo vt doctor
cum loquitur sollicite attendat. ne
aut mala intentione loqui inchoet:
aut cum bene ceperit seductus fa=
uoribus in appetitum alium decli=
net. Sic enī cogitationi bene cogi=
tatio sinistra subtīgitur. vt vix ipse
q̄ easdē cogitatiōes gñat animus co=
gnoscat.

Capitulum.XLII.
De neruis.


Erui nomīe. senten
tia fortis districtio=
nis desig. sicut p bea
tum iob domino dr̄ iob.xxxiij
Posuisti ineruo pe
dem meum ⁊ obser
uasti omnes semitas meas ⁊ vestigia
pedum meorꝫ considerasti. In ner=
uo aūt deus pedem hominis posuit
quia prauitatem illius forti distri=
ctionis sue sententia ligauit. Cuius
oēs semitas obseruat. quia sub tilit
singula qꝫ diuidat. Semita eteni
angustior solet esse q̄ via Quia aūt
vias actiones. non immerito semi=
tas ipsas actionum cogitationes ac
cipimus. Deus itaqz omēs semitas
obseruat. quia in singulis quibus
actionibus nostris est cogitationes
pensat. Et vestigia pedum conside
rat. quia intentiones nostrorū ope=
rum q̄ recte ponantur examinat: ne
h̄ bonum agitur non recto deside
rio agatur.

Capitulum.XLIII.
De pectore.

In scriptura sacra pectoris no
mine. alr̄ cogitatio luxurie: alr̄ cor
intelligitur.



Ectoris nomine co=
gitatio luxurie desi
gnat: sicut voce do=
minica serpenti dici
tur. Pectore ꝛ ven
tre repes. Malum
namq; luxurie. aut cogitatione per
petratur aut opere Calidus namq;
aduersarius noster: cum ab effectu
operis excellitur. secreta polluere
cogitationis molitur. Bene ergo a
domino sibi petenti dicitur Pecto
re et ventre repes Serpens videli=
cet ventre repit: quando hostis lu=
bricus per humana membra: si=
bimet subdita vnusq; ad expletionē
operis luxuriam excercet. Serpēs
aūt repit pectore qñ eos q̄s in ope
luxurie non valet. polluit in cogita=
tione. Alius itaq; luxuriā iam per=
petrat actione. huic serpens repit
ex ventre. Alius autem perpetran=
dam versat ī mente huic sibi serpēs
repit ex pectore Sed quia per cogi
tationem ad opera implenda per=
uenire: recte serpens prius pectore
et postmodum repere ventre de=
scribitur.

Pectoris nomine. cor de
signatur: vñ diuina vo=
ce precipit vt ī aarō pe
ctore rationale iudicis
vitis ligantibus imprimatur: qua=
tinus sacerdotale cor nequaq̄ cogi=
tationes fluxe possideat sed ratio so
la constringat. Nec indiscretū quid
vel īutile cogitet. qui ad extra. aliīs
constitutus: ex grauitate vite semꝑ
debet ostendere: q̄tam in pectore
rationem portet.

Capitulum quadragesimū quartum
De vberibus.

In scriptura sacra vberum no
mine. al'. iudei ꝛ gentiles designā
tur. al' verba sacri eloquij. al' argu
menta casse spei. al' sancti predica
tores intelliguntur.



Berū nomine iudei
et gentiles designāt
sicut ecclesie in canti
cis dicitur. Duo vbe Canti. l.
ra tua: sicut duo hin
nulli capree gemelli
qui. p. in. li. d. a. d: ꝛ incli. vmbre.
Quid eī sūt duo vbera: nisi ex iuda
et gentilitate veniens vterq; popu=
lus. in sancte ecclesie corpore per in
tentionem sapientie. archano ē cor
dis afflix⁹. Ex quo ppl'o hij delecti
sunt idcirco capree hinul' ꝯpat' q2 ꝑ
humilitatem q̄ paruos se ac pecca
tores intl'ligunt s3 eisꝑ caritatē cur
rētib⁹ siqua obstacl'a de impedimē
to temporalitatis obuiant transeūt
et datis contemplationis saltibus.
ad superna conscendunt. Qui vt h̄
agant precedentium sanctoꝝ extra
conspiciunt vnde et in lilijs pasci re
feruntur. Quid enim per lilia nisi il
lorum vita declaratur. qui veraci'
dicunt christi bonus odor sumus
deo. Electi ergo vt assequi sum
ma preualeant: cōspecta odorifera
et candida iustorum vita satiantur.
Jam q̄d videre dominum sitiūt. ia3
de eius contemplatione satiari cari
tatis estibus inardesc'. Sed quia ī
hac vita positi nondum valent per
precedentium interim patrū extra
pascuntur. Unde et apte illic temp⁹
de ipso liliorum pastu diffinitur: cū
dicitur. Dono aspiret dies: ꝛ in. v.
Tandiu quidē refici iustoꝝ exeplū
indigen⁹ donec ꝑitis mortalitatis
vmbras eterno die aspirā:e transea
mus. Cum autem huius tempora=
litatis verbū transacta ac mortalita
te fuerit inclinata: quia ipsius diei
internum lumē cernimus: nequaq̄
iam appetimus: vt ad amorem et⁹
per aliorum extra flagremus. ꝛ sūt
autem quia nondum eum intueri
possumus: summopere necesse est.
vt eorum qui illum perfecte secuti
sunt conspectis actionibus incita=
mur.


VBerum nomine verba sacri eloquij designantur. sicut ꝑ
Prouer. xxx salomonem dicit. Qui fortiter premit verba ad eliciendum lac exprimit butyrum. Et qui vehementer emulget: elicit sanguinem Require in capitulo de sanguine.

VBerum nomine argumenta casse spei. vel fiducie siue misere fomēta desperationis designātur: sicut per beatum iob: ex ꝑsona humani generis vel cuiuslibet penitentus dicitur. Quia non in vulua
Iob. iij. mortuus sicut egressus ex vtero nō statim perij Cur exceptus genibus Cur lactatus vberibus. Quatuor modis peccatū perpetrat in corde. quattuor consummatur in opere. In corde namq̄ suggestione. Delectatione. consensu. ⁊ defensionis audatia per electionē perpetratur. fit enim suggestio per aduersariū. delectatio per carnem cōsensus ꝑ spm̄ defensionis audatia per electionem Culpa enim que terrene debuit mētem extollit. ⁊ deijciendo eleuat: sed grauius eleuando supplantat Unde et illam primi hominis rectitudinem antiquus hostis his quattuor ictib⁹ fregit. Nam serpens suasit eua delectata est. adā ꝯsensit. qui et requisitus confiteri culpā ꝑ audatiam noluit h vero i humano genere quotidie agitur. q̄ actū i prio parente nostri generis non ignorat Serpens suasit: q: occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit. Eua delectata est quia carnalis sensus ad verba serpētis mox se delectationi substernit. Consensū vero adam mulieri prepositus prebuit: quia dū caro i delectatione rapitur cū a sua rectitudine spirit⁹ infirmatus inclinatur. Et requisitus adā confiteri noluit culpā. q: videlicet spūs quo peccādo a veritate disiungit: eo i ruine sue audatia nequi⁹ obduratur. hisdē autē a quattuor modis peccatū ꝯsummat in opere. Pri⁹ nāq̄ latēs culpa agit postmodū vero ante oculos hoīm sine confusione reatus aperitur. de hinc ⁊ i cōsuetudine ducitur. Ad extremum vel false spei seductionibus. vel obstinatiōe miserie desperatiōis enutritur. Hos itaq̄ peccati modos q̄ licet in corde latenter fiunt. vel patenter in opere penetrātur. beatus iob considerat. et humanū gen⁹ in quot peccatorum gradib⁹ sit lapsū deplorat dicens. Quare nō i vulua mortuus sum: egressus ex vtero nō statim perij. Cur. e. g. v. Prima ei nulla conceptiōis fuit lingua male suggestionis. Sed peccator i vulua moritur: si moritur se homo i ipa suggestione cognosceret Qui tamē ex vtero egressus est q: postq̄ eum in peccato suggestiens lingua concepit. mox ēt delectatio rapuit post egressionem vero exceptus est genibus. q: cū ad delectationē carnis ꝓdijt. nimirū culpā per consentionem spūs subiectis cunctis sensib⁹ quasi suppositus genibus consummauit Sed genibus exceptus ēt vberib⁹ est lactatus. In consensu eni culpe additis spiritus sensibus multa casse fiducie argumenta subsecuta sūt que natam in peccato animā virulēto lacte nutrierunt. ⁊ ne aspera mortis supplicia metueret. Hanc blandis excusationibus fouerunt. Unde et primus homo post culpam audacior extitit dicens. Mulier q̄ dedisti michi sociā. ipsa mihi dedit de ligno et comedi. Qui quidē ꝑ timorem semetipsum absconsurus fugerat: sed tamen requisitus innotuit. q̄ntum etiā tumens tumebat. Cum eni ex peccato presens pena metuit et iam ipsa dei facies non amatur: timor ex tumore est. nō ex humilitate. Supbit quippe qui peccatum si liceat non puniri non deserit. Sed hijs sicut dictū est modi quattuor culpa vt in corde agitur: etiā in ope perpetratur. Ait enim. Quare nō i

vulua mortuus sum: vulua quippe
est peccantis hominis culpa latens
que occulte peccatorem concipit. &
reatum suum adhuc in tenebris ab
scondit. Egressus ex vtero nõ statim
perij: A vulua de vtero exitur: cum
peccator q̃ in occulto commiserit.
hac etiam in aperto committere nõ
erubescit. Quasi eni ab occultatio=
nis sue vulua processerant. de qbus
propheta dicebat. Et peccatũ suum
quasi sodoma predicauerunt nunc
absconderunt. Cur exceptus geni=
bus. Nimirum peccator cũ iam de
iniquitate sua nõ cõfunditur. in ini=
quitate eadem etiam adminiculis
pessimis consuetudinis roboratur
Quasi enim genibus peccator fo=
uetur vt crescat dum culpa cõsuetu
dinibus firmatur vt iugeat. Cur la=
ctatus vberibus. Quia dum prodi
re culpa in vsum ceperit nimirũ se vel
falsa specie diuine misericordie. vel
aperta miseria desperationis pascit
vt eo nequaq̃ ad correctionem re=
deat quo vel factorẽ suũ piũ sibi in=
ordinate formidat. Beatus igitur
via humani generis lapsus aspiciat
et quibus precipicijs mersũ sit i fo=
ueam iniq̃tates intẽdat dicẽs. Qua
re non in vulua. M.s. idest in ipsa
occulta perpetratõe peccati cur aũt
carnis vita mortificare me nolui.
Et ingressus ex vtero non statim pe
rij. idest postq̃ ad apertã iniq̃tatem
exui cur me tunc saltem pditũ non
cognoui. Perijsset quippe in suo iu
dicio: si se perditũ cognouisset. Cur
exceptus genibus. i. etiã post aptã
culpam. cur me adhuc in illa etiã cõ
suetudo concepit: vt valẽtiorem ad
nequitias redderet. et prauis me
vsibus sustinens foueret. Cur lactã
tius vberibus idẽ postq̃ culpe con=
suetudinem veni cur me ad atratio=
rem nequitiã vel false spei fiducia vẽ
lacte miserie desperatiõis enutriui.

Verũ noĩe sancti predicato=
res designãt. sicut in canticis
canticorum sponso de ipsis dicitur
Meliora sunt vbera tua vino. Ista
enim sunt verba q̃ in archano domi
nici pectoris fixa. lacte nos potant
quia ipsi archanis summe ɔtempla
tionis inherentes subtili nos predi= Cãti.i.
catione nutriunt.

Capitulũ. XLV. De mammis.



Ammarũ noĩe
erroris
predica
tio desi=
gnatur.
sicut re=
uin te=
tatur. q
prauoꝶ
pdicato
rum sub antixpo licentiã locutiõis
longe ante intuẽs ait Sed et lamie
nudauerũt mãmã: lactauerũt catu=
los suos. Quid namq; lamias nisi treñ.iiij.
hereticos appellat: humanã quidẽ
faciem. sed beluina per impietatem
corda gestantes. Quia ergo illo tẽ
pore vel cũ quando sancta ecclesia
aduersitate premitur. prauis quib⁹
predicatoribus licentia locutionis
datur bene dicitur lamie mammas
nudant: qr errorem suũ praui pdica
tores libere predicant: Tunc catu=
los lactãt quia malle sequaces par
uulorum animas dũ peruersa insi=
nuãt: ad ipietatẽ nutriẽdo ɔfirmãt

Capitulũ. XLVI. De costis.

Costarum nomine animi
sensus designantur: sicut ĩ
libro beati iob p eliphat
de iniquo dicitur Attenuetur fame
robur ei⁹. et inedia inuadat costas
illius Scripture sacre more optare
videtur q̃ preuidet futurũ. scilicet
non maledicentis animo sed predi
centis Omnis itaq; homo qui ex a=
nima et carne consistit. quasi ex ro=
bore et infirmitate composit⁹ est.
Ex ea enim parte qua spirit⁹ ratio=
nalis est cõdit⁹ nõ incongrue dicitur

robust⁹. Ex ea vero qua carnalis e. infirmus est. Robur ergo hominis est anima rationalis: que impugnan tibus vicijs resistere per ratione va let. huius autem inquit robur fame attenuatur: quia eius anima. nulla interni cibi refectiõe pascit. De qua scz fame: deus p pphetam loquit. Immittã famẽ in terram. non famẽ panis neqꝫ sitim aque. sed audiendi verbum dei. Bene autem subditur Inedia inuadant costas illius. Co ste ei vniuscuiusqꝫ sũt sensus anime qui latentes cogitationes muniunt Inedia igitur inuadãt costas. quan do omni spirituali refectiõe subtra cta sensus mentis deficiunt. et cogi tationes suas regere vel tueri non possunt. Inedia inuadit inquit co stas: quia fames interna sensus mẽ tis extenuat. vt cogitationes suas nullatenus regant. Nam dum sens⁹ mentis obtusi fuerint: cogitatio nes ad exteriora prodeunt. et quasi costis infirmantibus: ea que in oc culto sana latere poterant: foras vi scera funduntur. Unde fit vt cogi tationibus exterius sparsis. exterio ris glorie speciem deceptus appe tat animus nichilqꝫ diligat nisi qđ pulchrum foris viderit.

¶ Capm quadragesimũ septimũ.
¶ De vtero.



Uteri nomine secret⁹ gratie dei sinus desi gnatur: sicut voce do minica ad beatũ iob sub interrogatiõe di citur De cuius vtero egressa est glacies. Quid eni i vte ro nisi sinus gratie accipitur. Quid

iob.xxxviij in glacie nisi frigida et perfidie tor pore constricta intelligimus corda iudeorum. Qui quondam per acce ptationem legis. per custodiã man datorum. per ministeria prophetie sic intra sinuz gratie: quasi intra vte rum creatoris habebantur Sed qz veniente domino constricti frigore perfidie feruorem fidei et caritatis amiserunt: a secreto gratie dei sinu protecti. quasi glacies de vtero crea toris egressi sunt. Quasi enim gla cies de diuini vtero egreditur quã do hij qui intus incaluerant ex vir tutuz dono frigescũt. Mentes nãqꝫ hominum omnipotens deus dum i suo timore format quasi concipit: easqꝫ ad apertas virtutes dum pro uehit gignit: sed si de acceptis vir tutibus extolluntur: relinquit. Et sepe quosdam cognouimus malo rum suorum consideratione cõpun gi diuini terroris pauore feruescere et per pauoris exordia vsqꝫ ad sum ma virtutum peruenire. Sed dum de eisdem virtutibus quas acceptũt extollunt: inanis glorie laqueo astri cti. ad antiquum torporem redeũt Et inde exteriorem gloriam torpẽ tes appetunt. vnde ad interna dili genda ardentius flagrare debuerãt. Dumqꝫ iste signis. ille seia. iste pro phetia. ille magnis operibus pol let. atqꝫ p h dona placere hominib⁹ appetũt omne qđ pri⁹ intimũ calue rat exteriorem laudem diligentes in torporem vertunt. Quasi ergo glacies: de vtero egreditur. Dum post donorum beneficia a viscerib⁹ superne pietatis separantur. Quia vteri nomine dei consilium intelli gatur: testatur ipse. qui per beatuz iob loquitur dicens: Et orabam fi lios vteri mei. In deo qđ forma non circunscribit membra corporis .i. manus oculus vterus ita nominan tur. vt ex membrorum vocabulis vel affectus eius potentie designetur. Oculos quippe habere dicitur: qz cuncta videt: Manus quippe habe re describitur: quia cũcta operatur In vtero autem proles conciditur: que in hac vita proferatur. Quid er go vterum dei nisi eius consiliũ de bemus accipere. in quo ante seculo

per predestinationem cōcepti sum⁹ vt creati p scta pducamur. Dñs ḡ qui manet āte secula vteri sui filios orauit qr eos q̄s potenť p diuinita tem cōdidit icarnatus veniens hu= militer rogauit.

Uteri noīe mens designať. si cut p eliphat de hypocrita dr Cōcepit dolorem ꝛ peperit iīqta= tem ꝛ vterus etiā preparat dolos Mens hypocrite dolorē cōcepit cū puersa cogitatī iīqtatem parit cū ex plere ceperit ꝙ cogitauit. Inuidē= do dolorē cōcepit. derogando iniq tatem parit Grauis quippe ē iīqui tas qñ is qui puersus ostendere ali os puersos molitur vt tñ ipse qua si sanct⁹ appareat quo alios sāctos non esse docuerit. Uteri vero noīe recte mēs accipiť: qr sicut proles in vtero concipiť. sic cogitatio in men te generātur in ventre cogitatiōes Uterus itaqꝫ hypocrite pparat do= los: qr tanto sup maiorem maliciā contra proximos in mente cōcipit quāto solus p̄ oībus videri innocē tior querit. Mēs namqꝫ hypocrite vnq̄ vacat a malicie cogitatione. Nam si vt terrena ꝙ seu laudez ap petat. ħ alijs iuidet quia sibi retri= bui anhelat. Et tāto ceteros osten= dere puersos molitur quāto iudei sanctior hominib⁹ appetit vt ex eo ꝙ alijs despicabiles fiunt ipe reue= rentior sēper appareat. vnde fit vt de oppositione proximi āte huma na iudicia lingue sue laqueos pre= tendat: vt eorum quib⁹ placere ap petit solus estimationem capiat.

Capitulum.xlviij. De Ventre.

In scriptura sacra ventris noīe aliqñ mēs. aliquando auaritia. aliqñ opus luxurie. aliqñ infir= mitas nostra intelligitur.

Uentris nomīe mēs de signatur. sicut voce dñi ca ad ezechielē dicit fili hominis vēter tuus co medet ꝛ viscera tua replebunť vo= lumine isto ꝙ ego do tibi. Quid enim ventris noīe: nisi mens accipi tur. Uñ ꝛ p hieremiā dr. Uētrē me um: ventrem meū doleo. Quod qr de spirituali ꝛ nō de corporeo vētre dixerat adiūxit Sensus cordis mei cōturbati sūt. Neqꝫ eñ ad salutem populi ptinebat: si ꝓpheta vētrem corporeum se dolere p̄dicaret. Sꝫ ventrē doluit q̄ mētis a licet iōez sē sit. sed ꝯtra exemplū prophete ꝓfe rimus cum testimonium dñi apti⁹ habeamus. Et necesse est vt cū per semetipsaz veritas loquitur ꝓphe ta taceat qr lucerna claritatem non habet in sole. Ait eñ. Qui credit in me. sicut dicit scriptura flumina de ventre ei⁹ fluēt aque viue. Quia de mēte fidelium sancte p̄dicatiōis verba defluūt q̄si de vētre creden= tium aque viue flumina decurrunt Uentris aūt viscera quid sunt aliud nisi mentis interna. i. recta itentio secūdū desideriuz humilis ad dñm pia ad ꝓximū volūtas. Unde recte nūc dicitur. Uenter tu⁹ comedet: ꝛ viscera tua replebunť qr cū mens nostra pabulū veritatis accipit Inť na nostra non tam vacua remanent sed alimento vite satiata multi aūt legūt ꝛ ab ipsa lectione ieiuni sunt Multi vocē p̄dicatiōis audiūt: sed post vocē vacui recedūt. Quod ꝛ si vēter comedit viscera nō replētur. qr ꝛ si mente itellectū sacri verbi p ciptūt obliuiscendo ꝛ nō ꝟuando q̄ audierint ħ in cordis visceribus nō reponūt. hic ꝙ p ꝓphetā aliū quos dam dñs icrepat dicēs. ponite cor= da vr̄a sup vias vestras. Semina= stis multū ꝛ intulistis parū. Come distis. ꝛ nō estis saciati. Bibistis ꝛ non estis inebriati Multum quip= pe cordis seminat. sꝫ parū ifert q̄ de mandatis celestibus vel legēdo vť etiam audiēdo multa cognoscit: sꝫ negligenť operando pauca fructifi cat. Comedit ꝛ nō saciatur qui ver=

ba dei audiens lucra vel gl'iam sc'li cõcupiscit. Et bene nõ saciari dr. qr aliud mandit. ⁊ aliud esurit bibit ⁊ non iebriatur qui ad vocẽ p̃dicatiõis aurem inclinat. s3 mẽtẽ nõ mutat. Solet enĩ ebrietatẽ bibentiu3 sensus mutari. Qui g̃ ad cognoscẽdũ dei verbũ deuotus ẽ s3 ea q̃ sunt huius sc'li adipisci desiderat bibit ⁊ iebriatus nõ est. Si enĩ iebriat⁹ esset ꝓculdubio mentem mutasset vt tã terrena nõ q̃reret. tã vana ⁊ trãsitoria que amauerit nõ amaret. De electis nãq3 ꝑ psalmistã dr̃ Inebriabunt ab vbertate dom⁹ tue qr tãto oĩpotẽtis dei amore repleti sũt vt mutata mente sibimetip̃is extranei esse videãt iplẽtes q̓ scriptũ ẽ. Qui vult post me venire abneget semet ip̃m. Semetip̃m nãq3 abnegat qui mutat̃ ad meliora ⁊ icipit esse q̓ nõ erat et desinit esse q̓ erat.

Uentris nomie auaritia designat̃. sicut in libro beati iob ꝑ sophar de ĩiquo dr̃ Cõfringẽs nudauit pauperis domũ Rapuit ⁊ nõ edificauit eã nec ẽ satiatus vent̃ ei⁹. Domũ pauperis cõfringit ⁊ nudat q̃ eũ q̓ per potentiã cõterit expoliare q̃q3 ꝑ auaritiã nõ erubescit. Rapit eã ⁊ nõ edificat. Ac si apte diceretur. Qui hanc edificare debuit: ĩsup rapit. Uẽturus ĩ iudiciũ dñs dicturus est reprobis Esuriui ⁊ nõ dedistis michi potũ. Hospes erã ⁊ nõ collegistis me. ⁊c̃. Ex culpa subiũgitur. Discedite a me maledicti in ig. e. q̃. pa. ẽ. d. ⁊. a. ei⁹ Si igit̃ tanta pena multat̃ q̃ non dedisse cõuincit̃ qua pena feriend⁹ ẽ q̃ redarguitur abstulisse. Rapuit g̃ ⁊ nõ edificauit eam qr non solum de suo nichil tribuit: s3 etiã q̓ erat alienũ tulit. Bñ aũt subditur Nec est satiat⁹ vent̃ ei⁹ Uenter q̃ppe non qui auaritia ẽ. qr in ipsa colligitur quicq̃d puerso desiderio glutit̃. Liquet vero qr auaritia desideratis reb⁹ non extinguitur. s3 augetur. Nã amore ignis cũ ligno q̃ consumat a cce pit excerscit ⁊ vnũ videt̃ ad momentũ flãma cõprimi inde paulo post cernitur dilatari.

Uentris noie opus luxurie designatur sicut serpenti voce dñica dr̃. Pectore ⁊ ventre repes Require in capitulo de pectore.

Uentris noie ĩfirmitas nr̃a designat̃. sicut sponse voce canticis canticorũ dr̃. Dilectus meus misit manũ suã per foramen ⁊ venter me⁹ intremuit ad tactũ ei⁹ Dilectus ⁊ enĩ manũ ꝑ foramen mittit qñ virtute sua dñs animũ nostrũ per subtilem ĩtellectũ pulsat Et vẽter in tactu illius cõtremescit qr infirmitas nostra ꝑ hoc q̓ in celestis gaudij ĩtellectu tangit̃ ipa sua exultatione turbat̃. Et sit ĩ mẽte pauor cũ leticia. qr ⁊ si tã sentit quid de celesti gaudio diligat adhuc tñ metu it nec non plene percipiat quod vix tenuiter sentit.

¶ Capitulum. xlix. De Intestinis

Intestinorũ noie occulta ⁊ mistica dei mẽdata designantur ŭcut ꝑ moysen de agni comestione dicitur. Caput cũ pedibus ⁊ intestinis vorabitis. Quid enĩ ꝑ agnum nisi redemptor. Redẽptor nr̃ est alpha ⁊ oo. deus videlicet ante sc'la ⁊ homo in fine seculorum. Caput g̃ agni vorare est diuinitatem illius fide percipere. Pedes vero agni vorare est vestigia humilitatis amando ⁊ imitando ꝑquirere. Quid vero sunt eius intestina nisi verborum ei⁹ occulta ⁊ mistica mãdata. Que tunc voramus cum verba vite auiditate sumimus.

¶ Capitulum quinquagesimũ. De Uisceribus.



Uiscerũ noie hĩj qui spĩritualibus sacramẽtis in ecclesia deseruiunt designãtur. sicut ꝑ beatum iob ex persona ecclesie dicit̃. Et effudit in terram vi

scera mea. Quid enim aliud sancte ecclesie viscera debemus accipere: nisi eorum mentes qui eius quedã in se misteria continẽt quia ad inti ma sacramenta deseruiunt Sed an tiqu⁹ aduersarius cũ fideles quosdam qui interioribus sacramentis deseruire videbantur ad secularia negotia ꝑtrahit eius proculdubio viscera in terram fundit. quia illos in rebus infimis conculcat qui pri us occultis ꝛ spiritualibus latebãt

¶ Capitulum quinquagesimum primum. De Umbilico.



Umbilici nomĩe luxuria designat sicut propheta testatur q̃ sub specie femine ꝓstitute iudee petulantiam increpans ait. In die ortus tui non est ꝑcisus vmbiculus tuus. In die quippe ortus vmbiculum precidere est conuersionis tẽpore carnis luxuriam resecare. Quia enim difficile est male ĩchoata corrigere ꝛ semel formata deformiter in melius reformare de ortu suo iudea reprehenditur. q̃ dum iudea nata est in ꝑcisum vmbilicuꝫ retinuit. quia fluxa luxurie non abscidit hinc iterum voce dominica ad beatum iob de diabolo dicitur fortitudo eius ĩ lumbis ei⁹ ꝛ virtus eius vmbilico ventris ei⁹ Seminaria quippe coitus viris in lumbis. inesse autẽ feminis ĩ vmbilico ꝓhibetur. Quia igitur potestate diaboli vtriusqꝫ generis sexus valde ex luxurie ĩfirmitate substernitur: ꝛ fortitudo eius in lumbis contra masculos ꝛ virtus illius cõtra feminas in vmbiculo esse prehibetur.

¶ Capitulum quinquagesimum secundum. De Lumbis.

¶ In scriptura sacra lumboꝝ noĩe aliq̃n ꝓpago mortalitatis aliq̃n luxuria. aliquando laudis appetitus intelligitur.



Lumboruꝫ noĩe ꝓpago mortalitatis desi gnatur sicut per ezechielem de redẽptore nr̃o dr̄. Velut aspectus ignis intrinsecus ei⁹ ꝑ circuitũ a lumbis eius ꝛ desuꝑ ꝛ a lumbis eius ꝛ deorsuꝫ vidi q̃si speciem ignis splendentis in circuitu. Quid est em̃ ꝙ mediator dei ꝛ hominum hõ xp̃s iesus a lumbis ꝛ desuꝑ aspectũ ignis intrinsecus ꝑ circuitum habere describitur ꝛ a lumbis ꝛ deorsum specieꝫ ignis splendentis per circuitũ Inuestigãdũ namqꝫ querit a lũbis ꝛ desuper ignem intrinsecus nec cũ splendenteꝫ ignẽ habere narratur a lumbis vero et deorsum habere ignis speciem dicit. nõ tñ hunc habere ĩtrinsecus memoratur. qꝛ splendentem ꝛ in circuitu hũc habere describit Quid em̃ lũborum nomine nisi ꝓpago mortalitatis exprimit. Propter quod etiam ꝛ leui dicit. quia adhuc ĩ lumbis patris erat cũ melchisedec⁹ occurrit abrahe: De lũbis ẜo abrahe virgo ma. exijt cuius vtero vnigenitus patris ꝑ spiritus sanctum incarnari dignatus ẽ. Ex qua incarnatione vniuerso innotuit mundo de⁹ sicut per psalmistã dicitur. Accingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. Gladium ꝛ enim circa femur potentissimus sumpsit quia sermo eius predicationis illius ex ipsius incarnatione conualuit. Quid vero iste ignis designat nisi ardorem sancti spiritus qui corda que repleuerit incendit. De quo ipsa veritas dicit. Ignem veni mittere in terram ꝛ quid.v.n. v.a. Quid est ergo quod ĩ hoc aspectu hominis qui prophete apparuit a lumbis superius intrinsecus per circuitum ignis ardet. a lumbis vero inferius non ignis

intrinsecus sed in circuitu resplendet nisi quod ante incarnationem unigeniti redemptoris nostri. sola intra se iudea ardorem amoris eius habuit post incarnationem vero illius in circuitu eius ignis resplenduit quia in universo mundo gentibus claritatem sancti spiritus effudit prius ergo intrinsecus ignis erat. sed splendor non erat. quia spiritus sanctus in multis quidem partibus iudeam replebat sed ad noticiam gentium nondum eius lumen emicuerat. Aut lumbi vero eius et deorsum ignis in circuitu splendet quia postquam de virgine carnem sumpsit. in humano genere longe lateque sancti spiritus dona dilatavit. Et notandum quod ignis iste a lumbis superius per circuitum esse describitur. non extrinsecus sed intrinsecus. quia amoris flamma sicut dictum est. in electis atque spectabilibus viris utrique in suis finibus iudeam replevit. non tamen exiebat extrinsecus. quia se se in multitudinem gentium non dilatabat. Que ardoris flamma visa est postmodum in circuitu splendere. quia per mundi cardines in universis gentibus omnipotentis dei amor cepit exercere. Erat ergo prius ignis intrinsecus cum iacob diceret. Salutare tuum expectabo domine. Quod enim salutare dicimus latine hoc verbo ebraico iesus dicitur. In quo verbo beati iacob mens ostenditur: quomodo iesu desiderio ardebat: quem se moriens expectare prohibebat Ardebat ignis cum moyses diceret. Si inveni gratiam in conspectu tuo ostende michi temetipsum ut videam te. Ardebat ignis in mente cum david diceret Sitivit anima mea ad deum vivum. q. v. et a. a. f. d. mei. Qui incarnationem verbi desiderans ait Ostende nobis domine misericordiam tuam. et s. t. da. n. Ardebat ignis cum symeon de corruptione vite presentis exire desiderans audivit non prius se visurum mortem: nisi videret christum domini. Sed ecce iam ignis iste quasi sub lumbis exterius respendet quia universa gentilitas incarnati dei est amore succensa. Cuius membra sunt electi angeli in celo eius membra sunt conversi homines in terra unus homo est qui et super lumbos ardet intrinsecus et sub lumbis inferius ignis sui splendorem in circuitu emittit quia et angelos ad amorem suum per divinitatem tenuit. et homines ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate revocavit.

Lumborum nomine luxuria designatur. sicut per beatum iob ex persona ecclesie sancte dicitur. Circundedit me lanceis suis convulneravit lumbos meos. Sancta quippe ecclesia lanceis ab hoste suo circundatur quando in membris suis ab impugnatore callido temptationum iaculis impetitur Bene autem lanceis circundari dicitur: quia antiquus hostis temptationis sue vulnere ab omni parte nos impetit Et quia omne peccatum hostis quidem callidus suadet. sed nos eius suasionibus consentiendo perpetramus aperte subiungitur Convulneravit lumbos meos. In lumbis quippe luxuria est. Cum igitur antiquus hostis fidelem populum ad luxuriam pertrahit habet proculdubio in lumbis ferit Ubi quoque notandum est quod non ait vulneravit. sed convulneravit lumbos meos. Sicut enim loquitur aliquando unius est colloquium duorum vel fortasse multorum sic antiquus hostis nos ad culpam sine nostra voluntate non rapit: nequaquam lumbos nostros vulnerare: sed convulnerare dicitur: quia hoc quod nobis ille male suggerit nos sequentes ex voluntate propria implemur. Quia namque cum ipso nos pariter vulneramus quia ad penetrandum malum ex libero simul arbitrio ducimur.

Lumborum nomine laudis appetitus designatur. sicut ad beatum iob dicitur. accinge sicut vir lumbos tuos. req. in c. de viro

¶ Capitulum.liij. De Renibus.


Enum noie volup-tas carnis designat sicut per moysen de cõmestione agni dr Renes vestros accingetis. Quid enim i renibus nisi delectatio carnis accipitur. Unde et psalmista postulat dicens Ure renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret eos uri minime petijsset.

Ps.xx.

Quid igitur pascha comedit habere renes accinctos debet vt qui solẽpnitatem resurrectionis atq; incorruptionis agit corruptioni iam p vicia nulla subiacet . voluptates edomet. carnẽ a luxuria restringat Neq; eñi cognouit q̃ sit solẽpnitas incorruptionis. qui adhuc per incõtinentiam corruptionis subiacet.

¶ Capitulum.liiij.
De Femore.


Emoris nomine voluptas carnis designatur. sicut per ieremiam prophetã dicitur. Postq̃ cõuertisti me: egi penitentiam et postq̃ ostẽdisti michi percussi femur meũ Quid enim in femore nisi volũtas carnis accipitur . Et quid est q̃ ait postq̃ ostẽdisti michi pcussi femur meum nisi qd postq̃ superna spiritualiter vidit omne q̃ inferius in se carnaliter viuebat extinxit vt quanto magis summa patescerent tanto amplius ima q̃ tenuerat non liberent. Nã quãto incipit quisq; superius viuere. tanto et inchoat inferius mittere. Juxta affectum nam q̃ carnalis operatiõis omnis caro simul pauli iterierat cũ dicebat. Uiuo iam nõ ego viuit vero in me xps Hinc per salomonem dicitur Uniuscuiusq; ensis super femur suũ p pter tumores nocturnos. Nocturni quippe tumores sunt insidie tẽptationis occulte. Ensi aũt sup femur concordia vigilans carnis ille cebram pmens. Ne ergo nocturn⁹ timor. id est occulta repentina temptatio subrepat semp necesse est vt femur nostrũ suppositus custodie ensis premat. hic ẽ eñi quod angelus cũ quo iacob luctabatur neruũ femoris ei⁹ tenuit eũq; marcescere statim fecit. Designat aũt angelus dñm et iacob q̃ cum angelo contendit vniuscuiusq; pfecte viri et i cõtemplatione positi aiam exprimit. que videlicet aĩa cõtemplari dñm nititur velut in quodã certamine posita modo q̃si exsuperat. qz intelligẽdo et sentiendo de incircũscripto lumine aliud degustat modo subcũbit. qz et degustando iterum deficit Quasi ĝ vincit ãgelus qñ itellectu intimo apprehenditur de⁹ Sed notandum q̃ idem victus angel⁹ neruuz femoris iacob tenuit eũq; marcescere statim fecit atq; ab eo iacob tẽpore vno claudicauit pede qz scit licet opĩs deus cũ iã p desideriũ et intellectũ cognoscit omnẽ i nobis voluptatẽ carnis affecit. Et qui prius quasi duobus pedibus initentes. et dñm videbant querere et seculũ tenere post agnitionez suauitatis dei vnus i nobis pes sanus remanet. et ali⁹ claudicat: qz necesse ẽ vt debilitato amore scli ꝯualescat ad amorem dei. Si ergo tenemus angelũ vno claudicamus pede: qz dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi firmatur proculdubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui vno pede claudicat: solũ illi pedi innititur quem sanum habet: quia et cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit i solo pede amoris vim tota virtute se sustinet. Et in ipso stat quia pedem amoris seculi quẽ ponere in terra consueuerat iam a terra suspensum portat.

apo.xix. Hemoris nomine propagatio carnis designat. sicut de dño dicitur. Habebat in vestimento. et in femore suo scriptum rex regum et.d.d. Quid enim vestimentum eius est nisi corpus qd assumpsit ex virgine. Nec tñ aliud vestimētum eius aliud ipse. Nã nostrum quoq vestimentum caro dicitur. sed tñ ipsi nos sumus caro qua vestimur. p femur vero propagatio carnis intelligitur. Quia ergo per propaginē generis humani sicut generationū ordines matheo vel luca narrantibus describuntur in h mundo venit ex virgine et per incarnationis sue mysteriū qz rex esset et dñs cunctis gentibus indicauit in vestimēto et in femore scriptū habuit rex regū et.d.d. Unde enim in mundo innotuit ibi de se lectionis scientiā ifixit

Capitulum.liiij.
De Genibus.

In scriptura sacra genuum nomine aliquando opera designātur. aliquando sensus spiritus.



Enuum nomie opera designātur. sicut per paulum quibusdam dissolute viuētib9 dicitur. Remissas manus et dissoluta genua erigite et gressus rectos facite pedibus vestris. hinc iterū gedeoni diuina ammonitione preceptum est. vt ad fluuiū veniens omnes quos flexis genib9 aquas haurire conspiceret a bellorum conflictu remoueret. Ducti ergo sunt ad fluuium vt aquas biberent. et quiq aquas flexis genibus hauserunt a bellica intentione remoti sunt Gedeon namq ad prelium veniens redemptoris nostri signat aduentum De quo scriptum est. Tollite portas vsq potens in prelio. Gedeon nāq interpretatur circuiens in vtero Dominus enim noster per maiestatis potētiā oia circūplectitur et tñ p dispensationis gratiam intra vterū virginis humanitatem sumens venit. Quid est ergo circuiens in vtero nisi omnipotens de9 sua dispensatione nos redimēs diuinitate cūcta complectens et humanitatem intra vterum sumens. In quo vtero incarnatus est et clausus non est: qz intra vterum fuit p īfirmitatis substantiam et extra mundum per potentiam maiestatis. Madian vero interpretatur de iudicio. Ut enim hostes eius repellendi destruēdiq essent. non de iudicio repellentis sz de iudicio iuste iudicantis fuit. Et idcirco de iudicio vocantur. qz alieni a gratia redemptoris iuste dampnationis meritum in vocabulum nominis trahunt. Contra hos gedeon peragit ad preliū. Aquis aūt doctrina sapiētie stāte a genu recta opatio designatur. Qui ergo dum aquas bibunt genu flexisse phibentur a bellorum certamine phibiti recesserunt qz cū illis xp̄s cōtra hostes fidei pgit ad prelium q cuz doctrine fluenta haurist rectitudinē operum non inflectunt. Omnis qppe tūc bibisse aquas: sz non omnis recto genu stetisse narrati sunt. Reprobatiq sunt q genua duz aquas biberent inflexerunt quia attestante paulo non auditores legis iusti sūt apud dñm: sed factores legis iustificabuntur. Hij igit xp̄o duce ad bellum prodeunt q h q ore annuntiant opere ostendunt q fluenta doctrine spiritualit hauriūt nec cum s prauis opibus carnalit īflectuntur qz sicut scriptum est non est speciosa laus in ore peccatoris.

Enuuz nomie sensus spiritus vel peccādi consuetudines designantur. sicut beatus iob in psona penitentis conqueritur dicēs Quare non in vulua mortuus suz egressus ex vtero non statim perij. Cur exceptus genibus. Require in capi. Job.iij.

tulo de vberibus.

¶ Capitulum.lvi.De Pedibus.

¶ In scriptura sacra cū pes singu-
lariter ponitur.aliqñ is qui opi
tulādo sustentat.aliqñ scti apo
stoli.aliqñ is qui ad iniuncta cur
rit designatur. Cū vero plurali
ter pedes dicunt. aliqñ extrema
sancte eccl'ie membra.aliqñ scti
pdicatores vel infirmorꝝ operū
ministri.aliqñ gressus actuū.ali
quando vestigia xpi. aliqñ duo
amores dei videlicet sc'li.aliqñ
